

(a)


RESPONSA IN
CAUSA FINARIENSI
REDDITA.

Iacobo Menochio Iureconfu-
to auctore nunc edita.

QVAE IN OPERE HABBANTVR
VERSA PAGINA CLARIVS
DOCE T.



IN MONTE REGALI
Ex imprefione repræsentabat Leonardus
Torrentinus. Quarto Non Aug. 1565.



2 400 410
MADE IN CHINA

RESPONSA IN
CAUSA FINARIENSI
REDDITA,

Iacobo Menochio Iureconful-
to auctore nunc edita.

QVAE IN OPERE HABEANTVR
VERSA PAGINA CLARIVS
DOCT.



IN MONTE REGALI
Ex imprefione repræfentabat Leonardus
Torrentinus. Quarto Non Aug. 1565.



Responsum Sacri Consilij Divi Ferdinandi Imperatoris . pagina. 1.

Motiva Venerandi Sacriq; Collegij clarissimorum Iureconsultorum Papie. pa. 30.

Responsum Iacobi Menochij Iureconsulti in precedentium motuorum resolutione . pagina. 37.

Responsum Sacri ac Venerandi Consilij clarissimorum Iureconsultorum Papie. pagina. 88.

Responsum Sacri ac Venerandi Collegij clarissimorum Iureconsultorum Bononiae . pagina. 95.

Responsum Sacri ac Venerandi Collegij clarissimorum Iureconsultorum Patavij . pagina. 104.

ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCEL-
lentissimo Ioan. Baptistæ Lerchario Genuen-
sium Duci prudentissimo, Iacobus Me-
nochius Iureconsultus . S.



VM quinq; abhinc ferme annis ius Cæsa-
reū Papie docerem (Dux Illustris.) Ferdi-
nandus tunc Imperator Augustissimus sū-
ma animi benivolentia Amplissimo Iure-
consultorū illius civitatis collegio, in quo
& ipse cooptatus tunc erā, literas dedit,
quibus, qualis apud eum de Finarii Mar-
chia inter excelsum istam tuam Genuen-
sem Rempubl. & illustrem Alphonsum
Carretum Marchionem contentio esset,
significabat, ac amanter & benevole illius
ordinis (ad quem, tamquam ad Apollinis oraculum, uisus est con-
uolare) iudicium explorando, responsum sibi reddi, quo tantam demū
controversiā componeret, ac (ut par erat) penitus tolleret, postulabat,
multus ac uarius ea de re inter nos tunc fuit sermo, ipse vnus *παράδοξον*
fui, qui ab aliorum sententia longè recedens pro tua ista Repub. senti-
rem, nec, ut ita sentirem, tua (si uera fateri mihi licet) aut alterius cu-
iusuis magna me mouit auctoritas, sed sola iusta ipsa ratio, quæ passa
est numquam me ab ea opinione diuelli, & quamquam collegas illos
meos, qui in maiorum quorundam sententiam non ire nephas existi-
mabant, iusta ratione, ut mecum sentirent, flectere minime potue-
rim, (sic etenim interdum rationi præstat hominum auctoritas) nec
meis immensis alioqui laboribus ac uigiliis parum isti tuæ Reipub. tunc
profuerim, non tamen animum abieci, quin, quæ in Reipub. gratiam
elaborauis, multis persuasus rationibus, nunc (quando antea non satis
commode licuerit) ederem. accepi siquidem ab amicis, tum præser-
tim à uiro Clarissimo integerrimoque Iureconsulto Ioanne Bauā, ac
à Octauiano d'Oria, magni Erasmi filio, præstantissimo cerè atq; sum-
mæ eruditionis uiro (qui, ut hæc ederem, & amplitudini tuæ dica-
rem assidue postularunt, ac flagitarunt potius) solam possessionis cau-
sam à Cæsare fuisse iudicatam, dominij adhuc litem illæsam permane-
re, de qua quidem dominij concertatione, ac disputatione quid ipse
fenserim doctissimorum, quos apud te habes, & aliorum omnium, qui
iuris prudentiæ assidue incumbunt, erit iudicium. Intelligent præterea
omnes in quorum manus nostræ hæc lucubrationes peruenerint Rempub.
istam, nec iniuria aduersus Marchionem illum contendere, nec
inconsultè quidquam uel egisse, uel adhuc agere. intelligebam quo-
que existimationi meæ non satis fore consultum, si hæc diutius suppri-
merem. Sciebam etenim non defuisse ac minime defuturos maleuo-

los multos, quorum est proprium aliorum famæ inuidere, & in bonos debacchari, qui me maledictis figerent. ego uerò, ut meæ consultum sit existimationi, & detractorum calumniis occurrerè, hæc edere de creui. scio etenim bonos, qui omni lolligine seposita iudicabunt, me non maiorum meorum autoritatem, uel parui fecisse, uel ulla ratione contempsisse, sed in ueri inuestigatione conatus omnes meos semper direxisse. Hæc ergo sub amplissimo nomine tuo (Princeps Illustrissime) libenter ea ratione apparere uolui, quòd cum istius Reipub. Princeps & Moderator sis prudentissimus, tibi, non alteri, hæc in Reipub. gratiam elaborata iure debeantur. tuum etenim est, non tam propriam, quàm illius rueri ac augere gloriam, quod, ut probè facias, non solo manus robore, ingentique fortitudine, sed consiliis prudentia arteque Imperatoria, quod facis semper, niti debes. quæ si in uno omnium maximo, in te ipso spectanda suspiciendaque sunt. Nemo est certe, qui ignoret, quàm strenue, quàmque prudenter in isto amplissimo tuo Imperio summoque magistratu ultro tibi delato, gesseris, gerasque. nec est, qui sublimen illam tuam rerum omnium cognitionem, usumque & rationem Reipub. administrandæ non maxime suspiciat atque admiretur, cum vere ingenio Aristotelem, Themistoclem memoria, Ciceronem eloquentia, Catonem constantia, Metellum parientia, ac demum eximia illa liberalitate & munificencia Titum illum liberalissimum Imperatorè superes, quod re ipsa, cū ad hoc dignitatis fastigium euectus fuisti, praestitisti. sic etenim tuâ illâ liberalitatem facultatum inopes omnes adhuc colunt, & prædicant. His uerè factum est (Dux Illustrissime) ut uo ore fateantur omnes, te non Imperio auctum, sed per te maximâ alioqui & sublimen Imperii maiestatem tantum recepisse incrementi, quantum vel umquam antea. quare iure tuo uniuersus iste tuus Genuensis populus mirum in modum sibi gaudere, ac tibi gratulari potest, quod in tanta temporum procella & calamitate, tanti Imperii munus demandatum tibi fuerit, quod cum in tam bene instituta, ac diligentissime administrata Reipub. non successione, sed electione, in qua non ambitus, sed uirtus, non amicorum studia, sed ante aetæ uitæ constantia, spectatur, ita ut is ad excelsum hunc locum euehatur, qui ceteros sapientia uirtute ac sui ipsius moderate ratione superat, nō immerito factum est, ut tu, qui his praestas, dignus sis omnium consensu iudicatus, cui sublimis hic gradus decerneretur. Tu enim ille es, qui summum hoc Imperium propria uirtute ac generis nobilitate exornas, cum tanta sit nominis tui auctoritas & rerum gestarum magnitudo, ut abs te nihil, nisi illustre, excelsum, ac maximum sperari possit. de te omnia summa polliceri omnes uerè possunt, qui, aut genus, aut maiores tuos, aut te ipsum sibi propofuerint. Scimus etenim Lerchariorum familiam, inter omnes, quæ in ista amplissima Ciuitate floruerunt, celebrem semper ac nobilissimam fuisse habitam: quoniam iure creditur, ut antiquissima, una cum nacenti ipsa urbe fuisse, et ab Arcadibus illis primis cōditoribus & Liguriæ incolis

(si

(si Dionysio credimus) originem duxisse, a quâ nec agnomen ipsum familiæ abhorret. quare iam publicorum documentorum fide constat, sexcentis iam annis Lerchariorum familiam amplissimam & celebratissimam fuisse, ac ex ea uerè omnibus temporibus plures omni uirtutum genere illustres produisse, quàm ex equo Troiano praestantissimi Duces, & licet omnes maiores tui (Dux Potentissime) inter maximorum uirorum splendorem, tum bello, tum pace tantopere clauerint, ut magno in angustis rebus semper animo fuerint, in secundis uerò modesto ac temperato, nihilque umquam prætermiserint, quod ad decus, quod ad gloriam pertineret, eorumque. hæc de causa omnium quidem seculorum posteritas immemor non sit futura. tamen inter eos vnus emicuit Belmustus Lercharius ciuitatis Genuensis tunc Consul prudentissimus, ac totius exercitus in Pisanos Dux fortissimus, qui anno ducentesimo & quarto supra millesimum salutis humanæ Syracusanam ciuitatem validissimis Pisanorum copiis obsessam fortiter defendit, Genuensiumque tandem Imperio adiecit. Huius uirtutem & fortiter ac sapienter gesta æmulatus Vgo Lercharius tercentis abhinc plus minusue annis, cum in bellicis rebus omnibus, tum præsertim in maritima ratione atque munere maxime excelleret, uno omnium consensu clasdis Dux ac Præfectus declaratus calamitosis periculosissimif. quibus illis temporibus, quibus Innocentius quartus Pontifex maximus Genuensis tuus apud Centumcellas (ut Pontificum Genuensiumque testantur Annales) dum à Frederico huius nominis secundo Imperatore summa prosequeretur inimicitia & odio, obsidebatur, cuius etiâ Federici impietate maxima oppressus uerè fuisset, nisi Vgo ipse cum nobilissima illa classe praesto fuisset. is summa fortitudine ac prudentia obfessum Pontificem liberauit, antiquæ patriæ sospitem restituit, ac tandem Federico ipso validissime reluctante Lugdunum incolumem perduxit. Non dissimili gloria clarus ducentis quinquaginta abhinc annis extitit Megolus Lercharius, qui summa animi magnitudine ingenti que fortitudine Trapezuntii Imperatoris audaciam repressit. ferunt enim illum Imperatoris Aulicum quendam, mimpudentem certe, quamquam magni nominis uirum, grauem nobilissimo Megolo iniuriam intulisse, quam ut forti manu, magnoque animo is uisceretur, una simul cum ceteris fortissimis Lerchariorum familiae uiris grauissimum bellum Imperatori, qui Aulici partes iniquè tuebatur, intulit, quo multis cladibus affecto, ac pene profligato, iniuriae auctorem sibi tradi, & ad perpetuam sui ac Genuensium nominis famam perillustre aedificium strui, & multis ad Genuensium commodum priuilegiis decorari iussit. Longa nimis esset oratio nostra (Dux amplissime) si maiores tuos uiros grauissimos & praestantissimos, quorum in ista Reipub. semper uiuet auctoritas, prosequi constituissem. horum omnium uirtus quanta fuerit, ut omnia breui complectar, uel vnus Pauli Lercharii patebit exemplo, qui ceterum sexaginta abhinc fere annis clasdis maritimæ Præfectus fortissimus simulque prudentissimus apud Constantinopolim Carela-

norum

norum maximos alioqui ac ualidissimos conatus ita repressit, ac fregit, ut uniuersam eorum classem fuderit, & onerarias naues captiuas duxerit. qua ratione meruit, ut uniuersi populi uoce & consensu dignus iudicatus sit, cui marmore egregium facinus docto hoc elogio, (quod una cum aliorum rebus gestis in ornatissimis tuis aedibus depictum cernimus) sculperetur. Paulus Lercharius Classis Genuensium Praefectus in Ionio mari furibundos Catellanorum impetus perfregit. Sub ticebo hic uiros illos toto terrarum orbe celebratissimos, qui longa serie pulchroq. ordine quadringentis ab hinc annis per centum perpetuos annos consularem dignitatem & magistratum (ut istius ciuitatis Annales testantur) quo uniuersa ista Respub. administrabatur, gesserunt. Sed quò uectus sum oratione (Dux Illustrissime) eò certe, ob maximam tuam tuorumque gloriam, ut mei penè oblitus in uiam, à qua digressus uideor, uix reuerti ualeam. Verum, ut tandem ad te redeam, satis intelligis, quibus sim adductus rationibus, ut meos hos conatus tibi dicarem, ac consecrarem, qui utinam tales forent, quales meus alioqui in te propensus animus maxime exoptat. Tu tamen, tua illa Regia (cuius etiam non immerito nomen fers) humanitate, benivolentia, animiq. magnitudine, nò rei tenuitatem, sed animum meum tibi, istique Reipub. additissimum agnosce, & hylari animo lataque fronte labores hos nostros boni aequique consule, eoque tandem amore foue, quo reliquorum studiis fauere soles. quod si, ut spero, praestabis, efficias, ut meus alioqui erga te istamque tuam Rempub. accensus animus magis ac magis accendatur inflammeturque, ut omni studeat conatu, si ullo umquam tempore se se offeret occasio, de uobis semper benemereri. Vale. ex Monteregali Pedemontium Sexto Calend. Augusti.

M D L X V.

S V M M A R I V M
PRIMI RESPONSI.

- 42 Agenti actione quod metus causa exceptio domini obijci
43 Spoliatus quomodo sine omnia restitutus est. (potest.)
44 Extensio conceditur in odiosis, & correctorijs, ubi eadem militat ratio
45 Possessionem metu amittende sanitas medico tradens ante omnia eam recuperat.
46 Dilectio quomodo spoliato sine compulsiva agenti obijci potest domini exceptio.
47 Cap. super hoc de renuntia. declaratur.
48 l. vi. §. vi. ff. quod metus causa exponitur.
49 Reintegranda remedium possessorem datur contra occupantem irrationabiliter etiam sine violentia.
50 Favor presertim in diversis qualitatibus inter se cōcurrentibus
51 Expulsus dicitur, qui castro inclusus tormentorum vi cogitur inimici dare
52 Spoliatus castro vel oppido munito & forti an sit ante omnia restitutus.
53 Executio sententiae qua alias impediti non potest, impeditur cum alias sequi possit damnum irreparabile.
45 Appellatio ab interlocutoria recipitur cum alias ex ea inferri potest irreparabile detrimentum.
55 Iudici licet de facto resistere, cum alias ex suo facto damnum sequi possit irreparabile.
46 Paulus de Ca. l. c. de edicto Diui Iulij adri. tol. declaratur.
37 Iason cons. 38. lib. 3. declaratur.
58 Cap. litteras de restit. spoliat. declaratur.
59 Spoliatus castro forti & munito restituitur ante omnia ubi abo spoliator scilicet et spoliatus sub eodem Principe sunt.
60 Spoliatus castro forti restituitur ante omnia, cum praestata cautionem de restituendo illi si in petitorio succumbat
61 Cautionis fragilitati submitteudum non esse, quo intelligitur
62 Spoliare licet aliquem castro forti, quando aliter non est sue cursum via iudicaria.
63 Favor spoliati odio spoliatoris antefertur.
64 Spoliatus sua causa & facto quomodo restituitur.
65 Tyrannus spoliatus quomodo restituitur.
66 Restes sine iudicis commissione examinati non probant.
67 Feudum quo ob delictum priuatur vasallus cui defertur.
68 Feudo non priuatur ipso iure vasallus, sed lata sententia scilicet quia & deliquisse & feudum amisisse declaratur.
69 Spoliatus restituitur etiam contra possessorem, qui nullam vim adhibuit.
70 Remedio cap. Reintegranda. §. q. r. succurritur illi, qui per negligentiam possessionem amisit.
71 Possessor facto sequitro possessionem perdit.
72 Remedium possessorem datur spoliato ubi rei occupata possessionem consequatur.
73 Spoliatus restituitur ad damna & expensas.
74 Spoliatus an ante omnia restituitur cum notorium constat de domino spoliatoris.
75 Exceptio iuri notorii an ceteris exclusis exclusiva censetur.
76 Appellatio a notoria iniquitate nunquam remota dicitur.
77 Circuitus in iudicio euadendus est.
78 Spoliatus non restituitur ab animae periculo.
79 Attituitur in possessionem, qui in re potiora iura habet.
80 Spoliato quando ex intervallo liceat sua mensa amissam possessionem recuperare.
81 In contractu dicitur facta recuperatio quam primam commode occupari potuit
82 Possessor quando obliuione amissa dicitur.
83 Possessorie recuperanda agenti regulariter domini exceptio obijci potest.



- 84 Exceptio dominij notoria, non impedit spoliatum ante omnia restitui.
85 Cap. vlt. de cohab. cler. & mulie. exponitur & declaratur.
86 Notorium, quod esse dicatur.
87 Cap. Significasti, de iurorij declaratur, & exponitur.
88 Cap. constitutum, de filij p. ab. de. declaratur, & exponitur.
89 I. duobus. s. qui iuravit. ff. de iururando. declaratur.
90 Cap. ad decimas, de restit. spol. in sexto, declaratur.
91 Calumnia euidens exceptio, non impedit spoliatum ante omnia restitui.
92 Cap. x. de restit. spolia. exponitur & declaratur.
93 Negligentia illius asserendum est, qui potuit iura iudicaria rem consequi, nec consecutus est.
94 Parisius consil. 24. lib. x. declaratur.
95 Animus consil. 42. lib. 4. declaratur.
96 Genia Civitas, quo iure directum dominium in Marchionatu Finarij sit consecutum.
97 Instrumenta transumpta quomodo fidem faciant.
98 Otto secundus Imperator, quomodo Marchias Aleram Saxonia donauerit.
99 Ignorantia non praesumitur.
100 Dominium directum in re feudali quomodo prescriptione acquiratur.
101 Bona allodialia & libera a superiore, in feudum possunt recognosci.
102 Postera derogant prioribus.
103 Compromissum de re feudali non ualet.
104 Dux Sabaudia compromisit in Regem Francia de rebus Imperio subpositis.
105 Genia civitas sub Rege Galliaru a Eucualdo Governatur.
106 Tyrannidi tempore facta, praesumuntur facta metu.
107 Interpretatio illa sumitur, qua effugatur delictum.
108 Coniectura in factis antiquis probationem facium.
109 Coniectura ille praualent, quibus actus sustinetur.
110 Subreptio, & obreptio in rescriptis non praesumitur.
111 Subreptio, & obreptio allegantur probanda est.
112 Clausula ex certa scientia & motu proprio, obreptionem & subreptionem impediunt.
113 Instrumenta transumpta quomodo probent.
114 Prescriptio contra Imperatorem feudi dominium, nulla esse potest.
115 Prescriptio etiam longissimi temporis in feudo non currit.
116 Feudorum causa, non reguluntur secundum dispositionem iuris communi.
117 Prescriptio in feudo non minor, centenaria currit.
118 Sententia insum praestat titulum Praescribendi.
119 Instrumenta antiqua etiam inter alios facta probant.
120 Titulus pro suo praestitit iustam causam praescribendi.
121 Bonafidei praesumitur etiam ex titula putativo.
122 Principis assertioni credendum est, etiam contra tertium.
123 Possessio probatur ex perceptione pensionum.
124 Possessionis continuatio quomodo probetur.
125 Carretarum familia in Italia ampla & diffusa.
126 Malafidei, auctoritate quomodo successori praescribere uolent, obstit.
127 Malafidei, quid sit.
128 Domini uim non transit mediante sententia, praesertim arbitrali.
129 Praesalub alienando feudum, directum dominium non tollit.

- 130 Iure proprio sine causa, quis non priuatur.
131 Malafidei antecessoris non nocet successori in sola dignitate succedenti.
132 Praescriptio & Dominio conceditur nisi simul remediatur. si quis in tantum. C. vnde u. contra uidentem possessionis occupatorem.
133 Dominium ex praescriptione. 30. annorum acquiritur.
134 Prescriptio non potest tolli ex privilegio. l. si quis in tantum. C. vnde u. non obstantibus, uel ex certa scientia uel, petita sit plenitudine.
135 Prescriptione ex constitutione. J. Bene ad Zenone. C. de quadam. praescrip. finitur. qui ab Imperatore causam habuit.
136 Privilegio uti quis non potest contra concedentem.
137 Citandus amplius non est, qui semel respondit se nolle ad iudicium uenire.
138 Absentis partes supplet iudex.
139 Notorium dicitur, quod constat per confessionem.
140 Animus declaratur ex actibus subsequentibus.
141 Probatio nulla admittitur contra proprietam confessionem.
142 Probatio, qua nihil releuat non admittitur.
143 Spoliatum recuperande agens, qua probare tenetur.
144 Probationes exacta non requiruntur in iudicio possessorio recuperanda.
145 Spoliatum restitui debet etiam ad fructus, damna expensas & similia.

VOTVM ET RESPONSVM PRIMVM, QVOD NOMINE SACRI CONSILII FERDINANDI IMPERATORIS SACRATISSIMI. VENERANDO TICINENSI collegio presentatum fuit, cum ab eo votum expostularetur super controuersia excelsae Genugensium Reipub. & Illustrissimi Alphonsi Carrei Finarij Marchionis.



VMLIS, quae coram sacra Caesarea Maestate inter Illustrissem Dominum Alphonsium Carretum Marchionem Finarij ex vna: & Magnificum. D. Octavianum de Nigro tanquam Procuratorem excelsae Reipublice Genuae, ex altera parte vertitur eo deducta sit, ut per praefatum Marchionem Finarij suae Caesarea Maestatis sententiam instanter essigilantem in causa concludum fuerit. Procurator vero praedictae Reipublicae atque adeo ipsa Respublica per literas v. i. j. calendarum Ianuarij, anni 1558. sacrae Caesareae Maestatis iudicium effugere conata, causam ad suos iudices Genuentes remitti petierit. Caesarea autem

autem Maestas, se Iudicem competentem declarauerit, atque ea ratione interpositam per praefatum Procuratorem ad summum Pontificem appellationem plane restitauerit. Quae ritur, quae nunc sint partes suae Caesareae Maestatis, qualis in negotio ferenda sententia, & quod omnino sacrae Caesareae Maestati in administrandae aqua Iustitia sit agendum.

Vitis itaque omnibus aetis & aetatis maxime vero, ijs, quae post decretum sacrae Caesareae Maestatis die. xxj. Nouembris anni proxime elapsi partibus publicatum iudicialiter dicta producta, & reproducta sunt, plurima videntur esse consideranda.

Primo quidem considerandum, quod Marchio Finarij post decretum illud, quo tentatis iam aliquoties amicabilebus compositionibus, vtrique parti facta copia in iure procedendi & proponendi, quicquid iustitiae earum videtur necessarium, proposuerit scripturam in qua refert qualiter commune Genuae in mense Iunij anni 1558. praecedente generali consilio, leuato vexillo communitatis, ad unum numero armatorum, cum bellicis tormentis eiecerint ipsum dominum & titulatam possessorem & vasallum Imperii suo Marchionatu Finarij, inuadendo omnes villas, quarum plures ad Marchionatum pertinent, expellendo omnes agentes ipsius Marchionis per praedictos homines addunatos depraedando et diripiendo bona mobilia ipsius Marchionis, etiam eius Castrum occupando simul cum fortalitio Bithingoli, quod est pars custodiae ipsius castrum, ut haberetur in scriptura reproducta incipiente Marchio Finarij non est expertus. Ita ut coactus fuerit se cum aliquibus ex suis retrahere in fortalitium seu castrum, in quo passus est per quattuor menses obsidionem, intra quod tempus per quindecim dies uiginti quattuor Bombardis sunt quassati muri, usque quo quarto nouembris eiusdem anni, etiam castrum, vna cum suis exire coactus est, vigore quorumdam pactorum, quae ipse per procuratorem extra ciuitatem Genuae iniuit, & quamuis altera pars Marchionatus vigore pactorum detineatur per Andream Auteam, alteram tamen ipsi detineant Genuentes, etiam contra pacta conuenta, Petens primo rescindi illa pacta uolentia, & meticulousa, deinde omni meliori modo, iure, via, forma quibus fieri potest se plenarie reintegrari ad possessionem sui Marchionatus, prout de facto fuerat spoliatum, Et sibi in hoc notorio spolio summarie de facto omni processu semoto Iustitiam administrari.

Ex quibus concluditur intentatum esse remedium possessorium recuperandae possessionis, cum enim Marchio totum statum finarij vna cum Castro Gouonii & Castro Franco, ac pertinentiis eorum, ut etiam aduersarii fatentur, antea possederit, non potest agere aliquo aduiscenda remedio possessionis, nam illa ius tantummodo competunt, qui ante, nec naturaliter, nec ciuilitate possiderunt. l. 2. §. Hec autem interdicta. ff. de interdictis, ibi quae competunt his qui antea non sunt nati possessionem. Cum vero Marchio Finarij fuerit in illis ad Marchionatum pertinentibus eiectus & aliqua pars earum ab ipsis Genuentibus eieciuntibus possederat, reliqua autem penes sequestrum deposita sint, apparet ipsum Marchionem, nec naturaliter, nec ciuilitate possidere, nam de parte Genuentibus possessa non est dubium. l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquir. possess. vbi glo. Bart. & caeteri, quod vero pars quae in sequestrum datur amplius non possideatur ex tex. in l. licet. §. rei. ff. de depositis ibi enim agitur ex dispositione, ut neutrius interum possessionis tempus procedat. Salu. in l. vnica. r. quest. C. de prohib. sequest. pecun. Ideo quae, cum, nec naturaliter, nec ciuilitate amplius possidet non est potest agere remedio retinenda. l. si duo. §. creditoris. ff. eod. Alex. in cons. 233. incip. ponderatis his nu. 8. in. 6. vol. Corne. in cons. 280. incipit licet laboriosa nu. 1. in. 4. vol. Quare dicitur quod egerit possessorio recuperanda, sicut in alio remedio agere potuit, Et quidem dicitur egerit remedio canonis redintegrandae. §. questione. r. quod facere potuit, quomodo concungi illi ablata fuerit possessio, cum plenissimum sit illud remedium, & cum omnibus aliis remediis concurrat, ut dicit Lanfrancus de Otriano in Rub. de causa poss. & propriet. col. 3. in. 1. conclusionem Alex. in cons. 91. incip. in causa & lite col. fin. in vol. 5. nam quamuis alicui sit per vim ablata possessio, eique competat interdictum vnde vi, potest tamen talis agere hoc remedio Abb. & alii in cap. cum ad sedem cap. saepe de restit. spolia. Socin. in l. rem quae nobis r. quest. princip. ff. de acquir. poss. quamuis etiam is, contra quem agitur, nullam vim fecisset, tamen ex remedio contra ipsum agi potest, cum etiam contra bonafidei possessorem competat, ita ut se Genuentes non possint defendere, quasi possideant ex titulo cuiusdam laudis, de quo infra, ita tenet Innocent. & communiter canoniste

de remedio reuocando

de remedio retinendo

de remedio redintegrando

vt ibi dicit Francif. Ripa. cap. fepe de reflit. spol. Docto. in cap. cum ad fedem, vbi hoc dicit Abb. extra eodem: & illam tenerac communem etiam dicit Alex. in conf. 91. incip. in causa & lite in fin. in. 5. vol. moder. in. l. rem qua nobis. ff. de acquir. poss. Socin. in conf. 89. incip. in causa agitata in fin. in. 1. vol. Deci. in conf. 17. incip. pro tenui facultate mea nu. 5. in. 1. parte Alex. in consil. 108. incip. vifo & oportune difcuffo nu. 12. lib. 5. & probatur per generalitatem tex. in cap. 3. 3. quest. 1. vbi dicit reintegranda omnia & restituenta quae a quibuscunque detinentur & sic per illam vniuerfalem locutionem videntur etiam inclusi pofidentes cum titulo & bona fide, ad idem est textus in capitu. cum ecclesia. 3. q. 2. vbi pariter habetur talis vniuerfalis difpofitio, qui enim sic vniuerfalter loquitur nihil excludit, cap. folite in fi. de malo. & obed. & cum non possit obici excep. dominii, vt infra deducetur, longe minus titulus, vel bona fides obici poterit, vt sic argumentatur Dec. in consil. 37. nu. 6. qui ad hoc plura alia addunt.

Quod autem egerit Marchio remedio illius canonis, habetur in fcriptura per Marchionem reproducta, quae incipit, Marchio Finarij non est expertus vno, fatis etiam ex ipso libello apparet ipsum egiffe illo remedio, cum generaliter petierit, se restitui & re integrari, & iustitiam sibi administrari omni pleniori modo & forma, petens etiam per Caesarem maiestatem omnia suppleri, quae in iure consistunt, ut habetur in fcriptura reproducta, quae incipit (arbitrari potuit) per quam clausulam dicitur, per eum qui a sua cecidit possessione intentatum remedium praedictum canonis reintegranda, ita expresse consuluit Decius in consil. 302. incip. & pro tenui facultate num. 22. secunda parte, Alexand. in consil. 56. incip. vifo processu inter Magistratum nu. 3. in. 2. uol. & in consil. 6. incip. circa praemissum primo dubio. 3. vol. Corne. in consil. 18. incipit iura petitione producta nu. 2. 10. uol. 1. Nec dici potest, ut perperam Genuenses uolunt, Marchionem etiam petitorium cumu- lasse, cum se dominii allegauerit, nam licuit hoc ei facere ad colorandum possessionem maxime, cum expresse dicat se nolle experiri, petitorio, nec aliquo remedio altiore in dagnem requirente, unde in claris non est opus coniecturis. Leonianus. §. cum ita. ff. de uerborum obligatione.

Imo si etiam expresse egisset petitorio potest ab illo desistere & eo suspensio in solo pos-

sefforio procedere. l. cum fundum. §. fin. ff. de ui & ui arma. C. pastoralis de causa possessionis & proprietatis, dum ibi dicitur, possessio quidem videtur, quod de recuperanda possessione proponitur antequam conclusum sit in proprietatis iudicio primitus instituto, agi potest ab eo, qui non cepit uendicare, & ibi late fcribunt Doctores.

Quod quidem remedium dicitur Marchio ni competere & si laicus fit, & pro re prophana agat, cum etiam pro rebus laicorum & in foro seculari competat, ut uoluit Bartol. in l. si coloni. C. de agricol. & cens. lib. 11. Bartol. Angel. Roma. & Ant. in l. rem qua nobis. ff. de adquirenda possessione Angel. in consil. 157. incip. in praedicta quaestione uertente Alexan. in consil. 5. incip. circa praemissa nu. 4. in. 3. vol. qui dicit saepe numero, se id uidisse seruari, & de hoc dicit esse communem Doctoru opinionem, secundum quam omnino iudicandum sit per Franciscum Ripam in Repe- capitulum saepe, nu. qui dicit esse communem opinionem, quam etiam tenet & communem dicit Soc. in consil. 266. incip. in causa quaerit & c. num. 18. in. 2. uol. & probatur quia difpofitio illius canonis uidetur inducta ratione corrigendi peccatum spoliationis, quae ratio etiam in rebus laicorum locum habet, ita vt etiam in correctionis fiat extensio fauore animae, secundum Bartol. in auth. sacramenta puerum cap. si aduersus uendit. Abb. in cap. ex tenore extra, qui filij sint legitimi, & quia canon ille fundatur in peccato, sequitur, quod etiam seruandus in foro ciuili ca. 1. de no. op. puntia. ubi doctores.

Nec obstat, quod aliqui doctores uelint contrarium, vt habetur per Corneum in consil. 23. incip. vifo puncto formatum in fi. 1. vol. & in consil. 282. incip. uifo dicto puncto nu. 7. cum sequenti in 3. colu. Soc. in consil. 18. incip. profequendo nu. 12. in. 1. vol.

Nam cum in hac sententia sint doctores communiter, & ea potius quam paucorum contraria opinio est in iudicando attendenda, Doctores in c. ne initians extra de confit. nec quicquam refert, quod uerba illius canonis non verificatur in laicis cum fatis sit ratio ni conuenire. l. a Titio. ff. de uerborum obligatione.

Recte etiam petijt Marchio in negotio proposito summarium institui processum, cum ipse adducat factum notorij spolij, in quibus terminis processus aliquis solennis non instituitur, vt habetur per Abb. in cap. quia clerici de iure patronatus & maxime cum agatur co-

rari

ram supremo iudice, qui non tenetur obseruare ordinem iudiciariu Bal. in c. si de inuestitura inter domin. & uasallos oriatur, id est in l. rescripta. C. de precibus Imp. off. Inno. in c. in causis, extra de re iudicata, qui etiam non astringitur allegatis & productis per partes, sed conscientiam suam sequi potest, ut habetur in l. 1. C. vt quaerantur ad uocatos partium.

12. Nam ubi tunc princeps scit ueritatem non debet ire per ambages, ut dicit Bald. in capit. 2. de no. form. si dicitur ut nulla subtilitas iuris faciat processum coram ipso agitato nullum, vel inutile, ut habentur haec latius per Matth. de Afflictis in. 6. ff. in titulo de pac. Jur. firm. Dec. in consil. 487. incip. uifo puncto & dubijs num. 5. in. quarta parte Restatur. Castall. in Tracta. de imperator. in quaestione. 110. 18. casu referuato, ubi ad hoc plura allegat.

Secundo in praesenti negotio considerandum est, quod causa haec possessorij intentata contra Temp. Genuensem ratione status Finarij, quo eiectus est Marchio, non tantum pro parte dimidia eius status, uerum pro eo toto pertinet ad S. Caesarem maiestatis cognitionem, non obstantibus exceptionibus Reip. ex quibus putat causam ad suos iudices Genuenses remittendam.

In Primis enim quamuis Genuenses uideatur se uelle a superioritate & Imperio Maieftatis Caesarem eximere (id quod forte ante hac nunquam factum est) tamen constat, quod Imperator quoad iurisdictionem suam fundatam habet intentionem in loco, Doctores in proemio Digestoru in princ. & in l. cunctos populos. C. de Sum. Trinita. & fid. Cath. Ideo quicquid dicit, se non subesse Imperio, debet hoc probare glo. in c. Adrianus il secundo. 63. distinctione.

Quicquid enim sit de alijs Christianis regnis, & prouincijs, tamen praecipua Italia, & Alemania dicunt esse partes Romani Imperij vt est tex. in cap. 1. §. firmiter de prohib. feud. alie. pro feud. habetur per Aluarot. in ca. 1. in princ. nu. 5. de pac. tenenda, ideo in specie dicebat Decius in consil. 307. nu. 9. quod Imperator habet fundatam intentionem superioritatis quo ad ciuitates Italiae, idque nominatum, quo ad ciuitatem Genuensem: ex eo non diffculter colligitur, quod ipsemet fateri coguntur & c. haec tenus & priuilegia sua & confirmationem priuilegiuorum a sacro Imperio obtinuerit priuilegia autem generaliter non conceduntur alijs quam subiectis, & ijs quos constitutio concedentis arctare potest, Host.

in summa tit. de priuilegijs uerf. cui coefferum est, & in specie quod ciuitas Genuae sit subiecta superiori habetur per Dec. in consil. 361. nume. 7.

Huc accedit quod & antiqui Romani Imperatores, & Imperator Carolus. V. inclinat memoria t ciuitatem Genuensem in omnibus literis & priuilegijs ciuitatem & cameram Imperialem appellat quod quidem uocabulum per totum orbem Christianam non aliter quam de ijs ciuitatibus quae sacrum Romanu Imperium agnoscant accipitur. Cum ergo Genuenses non solum huiusmodi priuilegia & literas acceptauerint, uerum etiam impetrauerint nec quicquam reperiantur protestati in contrarium, sequatur t quod etiam dicantur consensisse iuxta text. in l. si filius fa. la. 2. ff. ad Maced. Matth. in sing. 22. incip. nota mirabilem modum.

Est autem ualde extranea & absurda ne dicamus cauillofa interpretatio, si quis dicere velit ciuitatem Imperialem ideo appellari, quod rebus Imperij faueat, uel appellari cameram Imperialem ideo quod ipsa habeat cameram publicam & fisco ex priuilegijs Imperialibus: id enim nunquam (ut opinamur) nec dictum nec auditum est, & t uerba non sophistice intelligenda sunt sed in eo sensu quem solent recte intelligentibus generare. C. ex literis il vbi doctores de spons. Praeterea Imperatores omnes non solum Genuam ipsam (ut dictum est) ciuitatem & Cameram suam Imperialem: uerum etiam Magistratus & ciues eiusdem fideles suos dilectos appellarunt, qui quidem modus loquendi iuxta statum comauem omnium cancellarium totius Christiani orbis, superioritatem eius per uerba eiusmodi demonstrant t stilus autem curiae pro lege obseruatur. l. Labeo. ff. stat. li. Hippol. de Marfil. in sing. 118. incip. stilus curiae, Pet. Rebus. in 3. Commenta. tra ct. de consuet. Arti. 2. gl. 8. nu. 18. & sequenti.

Nec multum ad rem facit quod ciuitates Italiae dicuntur praescripsisse merum Imperium enim & quo modo merum imperium queratur praescriptione est antiqua sabatina & fere inextricabilis quaestio, ut attestatur Ioan. Bapt. de Sancto Seuerino in l. imperium nu. 43. de iurisd. omnium iud. quam tamen in praesentiarum ingredi non est opus. posito enim, quod ciuitas Genuen. praescribere potuisset & praescripsisset merum Imperium, et ea, quae sunt principi reseruata, tamen illa praescriptio intelligeretur tantummodo Communitati ut sit cumulatiue cum Imperatore non autem

A iij abdi

forma petendi in possessione

abdicatiuè seu priuatiuè ad Imperatorè. Ang. in l. hac autem in fin. de serui. urb. præd. Itaque non potest excutere iugum subiectionis quominus dicatur recognoscere Imperatorè Abb. in c. cum non licet. col. fin. qui filij sint legitimi, et superioritas enim et maioritas cohæret ossibus Imperij, quæ sicut non est cõcessibilis per priuilegium, ita nec præscriptio ne quæribilis, ut per Moder. in d. l. Imperium nominatum Ioan. Bapt. de S. Seuer. nu. 39. 43. Iaf. num. 20. versic. limita istam communem Gasp. Vallas. nu. 128. & Purp. nu. 73.

Nec obstat quòd Imper. Carolus quintus in suo priuilegio attestatur Ciuitatem Genuensem esse liberam ut referunt Genuen. in scriptura producta, quæ incipit. Resp. Genug.

Nam primo dicitur illud priuilegium nec fuisse integrè nec authenticè exhibitum, & cõ

22. sequenter illa et exhibitio nihil probat Bart. Alex. & doctores communiter ut dicit la. In Rub. de op. no. nunt. qui vult hoc tenendum sicut Euangelium.

Secundo dicitur quomodo cõnq; liberam fecerit illam Ciuitatem Imperatores, imo si ipse Carolus supra de nouo illis libertatem concessissent, non tamè viderentur exempti à suprema illa Imperij potestate, ut infra statim subijcietur.

23. Tertio dicitur ibi adiectam esse clausulam et saluo iure Imperij, ut fatentur ipsi Genuenses in scriptura iam allegata, per quam clausulam maximè referuatur illa suprema iurisdictione, ut voluit Restaur. Castal. in tractatu de Imperatore in quæst. 110. in 430. casu referuato. Nam quicquid in contrarium conentur Genuenses, nõ potest alius effectus illius clausulæ adduci, sicut et notorium est multas esse Ciuitates, quæ omnino libere dicuntur ab omnibus oneribus ac etiã a præstatione iuramentum fidelitatis, in quibus Imperium retinet, & exercet illam supremam iurisdictionem, de quo tamen inferius plenius habetur.

Secundo posito quod Genuenses omnino a superioritate Imperij sint exempti, tamen hoc casu de feudo Imperij agitur. Ideo quicquid in contrarium dicunt Genuenses, tamen verum est quod quando agitur de possessione rei et feudalis cognitio spectat ad dominum feudi, iuxta not. Inno. in cap. ex parte, de foro comp. quamuis. n. gl. in cap. cæterum extra de Iud. tenuerit quod tali casu, cognitio spectet ad iudicem ordinariu; tamen eam communiter esse reprobam attestatur Bald. sequitur. Card. Imola. Abb. & Dec. ibi & Maria. Socin. in cap. ex transmissa nu. 31. de fo. comp. &

24. 171

hec opinio maximè locum habet, quando vas fallus non ager ad poenam vel ad interesse simpliciter, sed agit possessorio, cuius uictoria administratur proprietati, ut qui petit possessionem sibi ablatam restitui, iux. distinct. Bald. in l. 3. C. si a non comp. Iud. et in cap. 1. §. inter partes de lege. Corrad. quem sequitur Aret. in d. cap. cæterum, cum quo transit ibi Felinus, quò in loco & illud annotadũ est quod etiam ij, qui opinionem gl. in d. cap. cæterum amplectuntur, dicunt tantummodo, quod in casu prædicto possit adiri iudex ordinarius, interim non negant, cum etiam possit adiri, et quod causa spoliij potius a iure cõmuni, quam a iure feudali redgetur, dicitur Imperatorem in proposito esse ordinariu; etenim et ordinarius eo casu dicitur, qui est iudex rei conuenti, & sic sub quo reus sortitur forum uel ratione personæ uel ratione ipsius rei de qua quaritur glo. in verbo terminetur & ibi Aluarot. in §. fin. de prohibi. feud. alii per Fæd. Imperator autem saltem ratione loci est ordinarius, ut infra deducitur, ergo.

26. Tertio quoniam Marchio uolenter a Genuensibus spoliatus est statu Finarij, qui est feudum Imperij sequitur de iure, quod quoad Imper. prosequitur iniuriã, sibi uel suis illatam, ipse met potest esse iudex. l. proxime de his qui in testamento dolentur. l. & hoc Tiberius de hered. insti. Innocentius Host. & Ioan. And. in cap. ex parte de verb. sig. & præcipue quando agitur, nõ pro re propria, uel patrimoniali ipsius Imper. sed pro re Imperij iuxta ea, quæ tradit Bald. in l. unica. C. ne quis in sua causa And. Sicul. in ca. cum uenisset col. fin. de Iud. Old. in consil. cxxiiij. incip. quod remissio. Et probat tex. in cap. nouit ille, extra de Iud. ibi. Non intendimus de feudo iudicare, cum cognitio ad regem pertineat, & tamen feudum illud erat ipsius Regis Franciæ, et habetur per Gozad. in consil. i.

27. Quarto quoniam in hoc casu disputantur priuilegia, tam Genuensibus, quam etiã Marchionibus de Carreto ab antiquis Imperatoribus concessa, & clarum est, quod in causa priuilegiorum a Principe concessorum, iudex cõpetens est ipse princeps, uel is cui Princeps comiserit iuxta textum in cap. cum uenissent & ibi per omnes, de iud.

28. Quinto animaduertendum, est, quòd ex inuestitura Caroli. 4. constat et Marchiones de Carreto quoad statum Finarij non solum uasallos uerum etiam subditos fuisse Imperij: ita enim sonant uerba inuestituræ receptæ quoq; a prædicto Aledramo, uidelicet Homagij fi-

gij fidelitatis obedientia & subiectionis debita solito iuramento, unde posteaquam Genuenses prætulerunt se vigore sæpe allegati com promissis & subsequente sententiæ arbitratis in ius Marchionis successisse, sequitur quod eodem iure quo ipsi Marchiones uti debeantur. l. qui in ius. ff. de reg. iur. ca. is qui in ius eodem tit. & sic quemadmodum Marchiones tanquam subditi Imperij tenebantur superioritatem imperij agnoscere, ita & iam Genuenses saltem in hac qualitate tanquam successores Marchionum agnoscere tenerentur.

29. Sexto constat ex omnibus inuestituris, quod Marchiones de Carreto antiquis Imperatoribus præstiterunt et Homagium Ligium dicitur enim Homagium Ligium illud quod præstatur imperatori uel regi nullius alterius personæ fidelitate referuata Jacob. de Sancto Georgio in tractatu de Homagij num. 3. ubi allegat etiam alios. sed quando uasallus præstatur Homagium Ligium alicui domino, tunc omnia illius bona sunt sub iurisdictione illius domini, ita per Iacob. in loco iam allegato nu. 7. versic. quartus casus ergo, & iam totus status Finarij dato quod ceteris deinde ad Genuenses transiisset, iurisdictionem tamen Imperatoris tenentur agnoscere, quia res trã sit cũ causa sua duplici itaq; nomine res hæc ad cognitionem Imperatoris pertinet, quia uiolentiæ causa tractatur uel ubi possessio est sita uel est cum ubi uolentia est illata. l. unica C. ubi de poss.

30. Septimo concessio etiam quod status ille Finarij per ipsos de Carreto nunquã fuisset ab ipso in feudo recognitus sed semper possessus tanquam allodialis est liber ex donatione Otonis facta cuidã Aledramo, nihilominus tamen dicitur Imperatorem esse iudicem huius causæ cum dicitur sic facta in ipso statu Finarij cuius loci suprema iurisdictione pertinet ad Imperium quomodo cõmque status ille fuit ab Imperatore Othone donatus ipsi Aledramo. Nam etiam si Imperator alicui concedat omnimodam supremam iurisdictionem de aliquo castro, terra uel districtu, semper tamen penes se dicitur retinuisse maiorem iurisdictionem & potestatem, ita uideatur probare tex. in ca. dudum de præbend. in sexto, ubi penes nos tamen nihilominus remanet maior tex. in ca. quamuis secundo, & ibi gloss. in uerbo conferamus eodem titulo in sexto Bald. in ca. quis dicitur dux & Marchio, & habetur per Matth. de Afflict. in §. ad hæc de pac. iure firm. qui ad hoc plura allegat

per Restaur. Castal. in trac. de Imper. in 110. quæst. 33 o. casu, allegat Calde. in consil. 3. sub tit. de præbend. & quod ita etiam sit determinatum in Rota Romana in quæst. quæ erit inter Ducem Mediolanij, & Dominũ de Carregio & ita etiam uoluit Francif. Cur. Sen. in consil. 64. incip. seriosa narratio in 5. colu. nu. 7. & per Alb. Bru. in consil. 47. incip. uis dubijs ad me transmissis nu. 5. & hoc maximè in proposito, quia dicitur in illa donatione quod loca donata erant Regni Italici, & quod donabat tanquam Rex Italicus hoc est Imperator.

31. Nec obstat quod ibi nulla sit facta referuatio expressa cum ex priuilegio imperiali hoc sibi sit tacite referuatum ut dictum est nec folebat olim apponi clausula saluo iure imperij sicut hodie plerumque apponitur ut expresse in terminis nostris cõsiderat Restaur. Castal. in loco præallegato.

Cum ergo imperator sit iudex eius loci ubi per Remp. uis facta fuit, dicitur quod ipsa Resp. sortita sit forum ubi. l. unica C. ubi de poss. agi oportet. ibi ubi autem uis facta dicitur loci iudicem conuenit iudicare sicut est ratione delicti eo in loco conuenire possit. l. i. & in auth. qua in provincia. C. ubi de crim. agi oportet. Et sic sua Cæsarea Maiestas iudex ordinarius loci, & causæ siue statum illũ & feudalem, siue ut alio dielem iudicemus.

Nec obstat priuilegium Federici Imperatoris productum per Genuenses in scriptura incipienti Mag. d. Octavianus de Nigro. quia primo dicitur illud non fuisse integrè exhibitum. nec in aliqua forma authentica.

32. Secundo in loco generali priuilegio non uidentur comprehensæ causæ quæ ad ipsum imperatorem pertinent, sicut in proposito causa ipsius Imperatoris, & de suorum iniuria agitur. Effet enim longè absurdissimũ si diceretur vigore ipsius priuilegij Imperatorem se & suos Genuensibus iudicibus longè inferioribus subiecisse, et superioris est qui iudicat. c. licet in fin. de elect. Anto. de Rosell. in tract. de potestate Impera. §. abunde, qui est finalis nu. 2. r. cum tamen in dubio quicquid Imperator alicui concessit semper se eximere dicitur, ut habetur in ca. quisquis il secundo de præbend. in sexto & esset contra omnem rationem si iudices Genuenses iudicarent de bonis & uasallis Imperij, cum et inferior contra superiorem sententiam ferre nõ possit. l. nam Magistratus. ff. de arb. ca. cum inferior de maio. & obed. sit ergo, quod Genuenses

ses tale habeant priuilegium quoad alios casus, tamen nosse non potest dici in eo comprehensos per rationem iam adductam. Nam priuilegium, quantumcumque generale ita uenit inuenerit, ne sequatur absurdum licere oportet. §. aliud. ff. excus. tut. l. nam absurdum. ff. de bon. lib. Corne. in consil. 123. incip. licet breue sit thema in princip. 3. uol. cum tamen expresse absurdum dicatur si superior inferiori subijciatur. d. ca. cum inferior ibi & satis absolum videatur.

Et cum uersimiliter Princeps uoluisset se & suos uasallos subijcere iudicibus Genuesibus, sequitur quod ad illum casum priuilegiū quantumcumque generaliter concessum se non extendit. l. obligatione generali. ff. de pigno. cap. 2. de officio vicarij in sexto, Corne. in consil. 146. incip. in hac consultatione nu. 4. in. 1. vol.

35 Tercio dicitur, quod illud priuilegium procedat, in actionibus personalibus simplicibus, non in casu, quo quis ratione rei de qua agitur foritur forum in alio loco siue actio sit realis siue sit actio personalis in rem scripta, nam tunc non obstat priuilegio fori cogitur quis respondere coram iudice illius rei cap. sanè cap. fin. de foro competenti. l. si prædium. C. de prædijs minorum probat &c. expressum & in specie in cap. 1. extra de priuilegiis in sexto per Mar. Soc. in d. cap. sanè, in septima declaratione; cum igitur agatur in proposito de ui. in re facta intentato remedio possessorio ad rem recuperandam, quæ remedia dicuntur personalia in rem scripta l. 1. in fi. ff. de interditijs: sequitur quod Genueses non obstant priuilegio cogantur respondere coram iudice loci, in quo uis facta fuit, qui est ipse Imperator ut superius dictum fuit, & ita in specie habetur per Mar. Soc. in d. ca. sanè in d. declaratione allegatis text. in sup. dict. l. 1. C. ibi de poss. ag. op.

36 Quarto dicitur, quod non obstat aliquo fori priuilegio saltem ratione loci, in quo commissum delictum poterit conueniri coram. S. Maieft. Cæf. cap. postulasse, & ibi Pet. de Anch. in quarta questione principali extra de foro competenti ut eum refert Maria. Soc. ibi in nona questione & probatur expressim in d. cap. 1. extra de priuilegiis in sexto, Bart. in l. Beneficium num. 7. ff. de consil. princip. cum enim ipsa Resp. in literis ad S. Maieftatem tertio idus Decembris anno 1578. daret in prima informatione per suos oratores Augustæ oblatæ quæ incipit Gemia Ciuitas fateatur, quod conuocatis omnibus ordinibus habita matu-

ra deliberatione decreuit bellum contra Alphonsum esse gerendum, utique recto dicitur quantumcumque et negotio inest delictum, torum illud delictum a Rep. commissum in loco quo spoliatus est ipse Marchio & eiectus: Nam si per Remp. aliquid fuit, facta cōgregatione & præcedente deliberatione tunc dicitur ipsa Respu. & uenerit delinquere l. metum. §. animaduertendum, & ibi glo. in uerbo collegium. ff. quod metus causa l. aliud §. aufertur. ff. de regulis iuris latè per Bartol. pulchre distinguendum in l. aut facta. §. non nunquā. ff. quod metus causa l. Fel. in cap. cum omnes num. 25. extra de consil. per Nicol. Boer. in Tra. de seditionis multa q. nu. 7. & sequenti & sic Respubl. poterat saltem ratione delicti commissi conueniri coram iudice eius loci ubi commissum est.

38 Nec dicatur quod statum Finarij esse intra limites Genuesis iurisdictionis cum sit intra Coruum & Monacum, quæ loca Imper. Maximilianus declarauerit in suo priuilegio esse terminos iurisdictionis pertinentis ad Ciuitatē Genuesem, Nam primo dicitur illud priuilegium non fuisse exhibitum & consequenter.

Secundo dicitur, quod illud possit procedere quoad bona ab ipsa Rep. quiete possessa Nam quoad illa, uidetur Genuesibus consistere suam iurisdictionem, non autem presumitur iurisdictionem aliquam Genuesibus concessisse quæ iam alijs cōpetebat: nec in bonis ab illis possessis: sunt ergo Genue. non pretendunt aliquā se habere iurisdictionē in alijs feudis imperij sitis intra illi districtū & extrema illa Corui & Monachi enumeratis per Marchionem in scriptura sua n. 18. quæ incipit in iudicio intentato, &c. ita nec in hoc feudo imperij aliquam possunt arrogare iurisdictionem, cum iugumentum ab extremis non necessario, sed tantum presumptiue concludat, ideoque data inflatā corruit fundamentum, & ita loquitur Barto. in cap. Celsus. ff. uti cap. Abb. in cap. accedentibus num. 6. de priuilegiis. Cum quæ priuilegia semper sint intelligenda ne cui tertio conferatur præiudicium maximè ei de quo nulla facta est mentio expressa. l. 2. §. merito. §. si quid a Principe. ff. ne quid in loco publ. c. extuarè de autho. & usu pallij cum pluribus quæ studio breuitatis omittuntur & si exhiberet ipsum priuilegium Maximil. tunc constaret quo motu illud emanasset nec dubitandum qui secundum stilum recentiorem appoſita fuerit clausula saluo ex quo casu ipsi Genuesibus penitus inutile esset priuilegiū quoad ea loca, quæ ab alijs possidentur

39

40

ſidentur. Nam si unquam generi per speciem derogetur, illud in priuilegijs maximè locū habebit, cū alijs Priuilegium strictissimè, & sine aliorum præiudicio sint intelligenda ca. ueniens extra de prescriptio. cum similibus, Imò constat ex quodam instrumento conuentionis ratione salis transportandi in ite de anno. 1340. inter præfatum Rempulicam Genuesem & statum Finarij producto per ipsos met Genueses scriptura, incip. Magi. D. Octavianus de Nigro, quod status Finarij proprium & iurisdictionem Genuesium districtum præsumunt a finibus Nauli usque ad fines Patre. Quare sequitur, quod in proposito tamquam in casu claro non habeat locum illud argumentum ab extremis presumptiue tantum concludens, cum in claris non sit opus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. cum similibus.

Cum itaque apparat Marchionem Finarij coram. S. Cæſarea Maieſtate eius causæ iudice competente proposuisse remedium possessorium ex canone reintegranda, subsequitur ut examinemus, an hoc possessorio, petitorio simul non discussio debeat per suam. C. M. determinari.

Circa hunc articulum multa adducta sunt per Genueses, quibus nituntur probare causam propositam talem esse, super qua non cognitis iuribus Genuesium: atque adeo ipso petitorio non possit pronuntari de quibus singulis in ordine dicendum est.

37 Primo putat procurator Genuesium causam tam petitorij & exceptionem dominij, ideo posse opponi Marchioni, cum non sit expulsus per Genueses, sed potius metu ne sibi moriendum sit compulsus in manu sequeſtri fortalitium atque ideo statum ipsū tradiderit, tageti verò actione quod metu causa opponi potest exceptio dominij. Allegat Bartol. in l. pena. ff. de conditio. ob turp. causam l. 2. C. quod met. causa, Alex. & Aqueſis in l. natura liter. §. nihil commune Iacobus de Sancto Georgio in l. si de ui. ff. de iud. & adducitur per Doctores ad hoc text. in cap. super hoc extra de renuntia. ubi quamuis præsumatur per uim expulsū resignasse beneficium, tamē opponitur, agenti exceptio spontanea abiurationis.

Secundo allegatur textus in l. fin. §. fin. ff. quod metu causa, ubi probatur, quod coactus solvere propter pœnas, vel multas iudicis non rite impolitas, si repetat solum repellatur per exceptionem veri debiti, cū tamen in l. meminerint. C. unde vi dicitur, quod spo-

liatus a iudice non rite procedente sit ante omnia restituendus. Dicitur ergo pro differentia intra utriusque legis dispositionem, quod illud in d. l. fin. §. fin. sit ideo, quia soluere metu pœnarum cadat in uim compulsium, compulsus enim soluit uolens, quia uoluntas metu culosa, uoluntas est. l. si muliere. §. penol. ibi coactus uoluit. ff. quod metu causa, mittere autem in possessione rei mobilis uirtute sententiae nullæ, ut in casu d. l. meminerint, cadat in uim expulsiuam ut per Iac. in l. iubere caue re colum. 2. ff. de iurisdictione omnium iudicum, & sic uidetur ibi probari aliud esse in uim compulsua aliud in expulsiua.

Tercio uidetur facere pro hoc textus in l. si rerum tibi possessionem ui tradidero dicit Pomponius unde ui interdictum cessare ff. de ui & ui armata, & sic expresse constituit iuriconsultus differentiam inter uim expulsiuā & compulsuam et facit differentiam, quæ communiter Doctor. constituunt inter uim expulsiuam, seu compulsuam, cum longè opprobrior sit uis expulsiua. l. 2. & ibi Bar. C. quod metu causa cum ungaribus.

His tamen non obstantibus dicitur, quod hoc possessorium debeat sine aliqua exceptione dominij determinari & primo quidem considerandum est, quod proponitur Genuesem in hoc suo primo fundamento per modum Dilemmatis duo asserit & proponit, quæ facile concedantur, prout etiam de iure uera sunt. unum est, quod illata ui compulsua tantum non habeat locum interdictum de ui & ui armata. Alterum est quod si taliter compulsus agat actione, quod metu causa tunc obstat ei exceptio dominij horum utrumque uerum est.

In hoc autem defecit, quod non sufficienter omnes partes fuerunt in sua argumentatione enumeratæ: nam quamuis Marchio non agat remedio, quod metu causa, tamē potest agere alio pleniori remedio puta. l. si quis ad se fundū l. meminerint. C. unde vi. l. si coloni. C. de agri. & cens. ca. saepe. de restitutione spoliatorum & plenissimo remedio. cap. Reintegranda tertia questione prima, quod remedium etiam pro rebus prophanis & in foro ciuili intentari potest, ut habetur per Doctores communiter in l. rem quæ nobis. ff. de adquirenda possessione & supra latius deductum fuit.

Et quod exceptio dominij non obstat, si compulsus metu possessionem tradiderit & postea remedio possessorem experiat, quamuis secus si agatur iudicio petitorio, quod metu causa satis fundatur ex regula iuris com-

munis, quæ habet simpliciter, & sine distinctione quod si spoliatus ante omnia sit restituendus, de quo. d. l. si quis ad se fundum. d. l. meminere. d. l. si quis in tantam. C. vnde ut eum similibus: Pro quo etiam facit ratio illius communis regulæ, quæ est ne detur occasio uiolentis & ne domini inferant uim possessoribus, & ne sequatur quod quis sine iudice se iuuet uendicare contra. l. r. C. quando liceat sine iud. se vind. ita uidentur considerasse legulatores in d. l. si quis ad fundum ad leg. l. de ui Publi. ubi si commissæ interpellatione uim possidenti intulero, & sic loquitur simpliciter de ui illata, quod in proposito factum esse negari non potest, item in. l. meminere, ubi conueniendus dominos locorum, quod in proposito factum minime est, item in. l. si quis in tantam, ubi ante euentum iudicialis arbitrio uiolenter inuaserit.

Hæ rationes pariter militat in ui compulsiua unde & locum habebit illarum legum dispositionio quia dicitur quantumcumque odiosam & correctoriã extendi ad casum in quo militat eadem ratio, eo, quia tunc ille casus dicitur uenire ex legis dispositione. l. nominis & rei. §. verbum ex legis. ff. de uerborum significatione, vnde multo magis locum habebit, cū concurrat hic fauor publicus ut scilicet prohibeantur uiolentia, ut habetur per Bart. in. l. si constante in princ. nona quaestione princ. ff. soluto matrimonio.

Et probatur hoc per expresse text. in. l. Medicos. ff. de var. & extror. cum iuncta doctrina Barto. in. l. interpositas. C. de transact. ut periculo amittendorum t. oculorum compulsiua tradens possessionem non obstante relatione & exceptione uenditionis cogitur restituere, ad quod etiam adducitur textus. & ibi Bald. in cap. 2. extra de restitutione spoliatorum hoc modo inducendo, dicit ibi text. si renuntiatio nihil ei potest obijci modo sic, certum est, quod in casu illius tex. quo agenti possessorio nihil obijcitur, non consideratur amplius uis illata in spoliando, sed solum metus præsumptus in renuntiendo, si enim renuntiatio esse sponte facta tunc ita præiudicabit, ut nec de præcedenti spolio conqueri possit cū finis in beneficialibus, ut est tex. in cap. 3. eodem titulo & sic licet ibi talis renuntiatio sponte facta præiudicaret, tamen cum uis compulsiua præsumatur non præiudicat, quanto magis hæc procedet in proposito ubi constat primo de ui expulsiua quoad partem maiorum omnium bonorum mobilium & immobilium ipsius Marchionis & deinde constat etiam de

translatione ab eo, qui per uim compellebatur & sic adest uera compulsiua non præsumpta a lege de qua loquitur allegatum ca. 2. ut sic per Genuenses Marchioni petenti restitutionem nihil penitus obijci possit.

Distinguendum itaque erat in proposito etiam si tantum uis compulsiua interuenisset an agere uellet Marchionis Finarij actio, quod metus causa in qua quidem admitteretur exceptio dominij.

An eo experiri uoluerit remedio possessorio de qua mente eius satis ex toto hæcenus habito tractatu apparet & tunc non habent locum exceptione dominij. Ita ut non sit quærendum quæ uis sit illata, sed potius, quod remedium intentatum, & ita in specie distinguit ipsemet Bartol. in locis per ipsum procuratorem allegatis sed in. l. penultima in ff. de condition. ob. turp. causam dicens si agatur remedio possessorio non habet locum, quod in conditione ob turpem causam probatum fuerat ita etiam distinguit Bartol. in. l. secunda. C. quod metus causa, quam distinctionem expresse a probando sequitur Iaf. in d. l. penultima. ff. de conditione ob turpem causam numero tertio.

Ioannes de Imola in. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirenda possessione eandem constituit differentiam inter actionem quod metus causa & possessorium remedium siuis compulsiua interuenierit, qui etiam ut sequitur, ad cap. super hoc de renuntia. respondet. eandem distinctionem sequitur ipse met Bald. in. l. penultima. ff. de conditione ob turpem causam Bald. etiam & Sali. in. l. 3. ff. quod metus causa.

Inter modernos uero idem expresse uoluit Franciscus de Ripa. in. l. naturaliter. §. nihil commune. nume. 7. quia etiam ad cap. super hoc post glo. respondet, deinde subiicit este ergo cauti in practicauit non agatis actione quod metus causa si petentis intentare remedia possessoria &c. Itæ uoluit Hormanofius Det. Florent. in d. §. nihil commune idem Antonius Rubens Alexandrin. in d. §. nihil commune, qui refert Antonium de Alex. in. l. 1. C. quod metus causa dicentem in hoc nullam esse differentiam inter uim expulsiua Claud. Marmer. & Fab. de Eugub. idem uoluerunt in d. §. nihil commune.

Et quam uis aliqui ut Alexand. & Aque. simpliciter loquantur de ui compulsiua & exceptione dominij, tamen illorum opinio ab omnibus prædictis, dum ut dictum est distinguunt reprobare imo reprobatum ab ipso Bar.

& Bald. quos illi suos authores allegant, Et dicit expresse Claud. Mar. in d. §. nihil commune se de illorum opinione multum dubitare & Fab. de Eugubio, quod hæc limitatio in re non probetur. Ad capitulum t. super hoc de renuntia. facile est respondere. Nam primo ibi non constat notorie de facta ui expulsiua precedente & de ui compulsiua postea illata sicut de his omnibus apparet in proposito, non mirum ergo si ibi admittitur probatio spontaneæ renuntiationis cum iure aliud dicendum si in proposito, item per subsequentem renuntiationem purgaretur uitium ipsius spolij: admittitur ergo ibi exceptio purgata facti præcedens non exceptio dominij, cum in proposito Marchio Finarij non solum non renuntiauerit alicui uolenti sibi illatæ, sed potius ipse simul cum procuratore post inita illa pacta, si cut est antea protestatus, fuerit de ui facta, de metu illato, de periculo in quo ipse cum suis erat constitutus, quod effugere humana ratio ne non poterat nisi sibi a Genuensibus præsumpta capitula iniret, & in ea consentiret. Tertio uero dicitur esse solutio secundum gl. quod ibi agebatur actione in rem & sic remedio petitorio quo casu exceptio talis forte admitteretur. Et ita respondetur ad t. l. ff. §. ff. quod met. cau. scilicet quod procedat in actione quod metus causa: imò etiam dici posset, quod ibi ideo non fiat restitutio, quia aliquid questum est ipsi soluti. f. liberatio a uero debito & ita respondet Aretinus in. d. §. nihil commune tex. autem in. l. si rerum loquitur solum in interdicto de ui & ui armata, quod quidem non datur ob uim compulsiuam: cetera autem pleniora remedia possessoria non denegantur ut supra deductum fuit.

Ad hoc optime facit quod possessorium redintegrandum datur quando res irrationabiliter occupata est, etiã si nulla uolentia interuenierit ut notat Ant. de Butr. in c. de restit. spol. quem Iaf. ibi declarat Bero. n. 10. facit etiã quod is qui habet naturalè possessionem ut usufructuarius, etiam si non sit eiectus, tamen si metu ne deiciatur non accessit, dicitur priuatus possessione naturali, & datur ei interdictum utile vnde ut secundum opinionem Azo. & Ioa. quam ueram dicit esse Bart. in. l. 1. §. siue autem de ui & vi arm. & in. l. si de fundo eo. tit. sequitur Alb. & Angel. in d. §. siue autem, Abb. & Bero. in. cap. item cum quis de restit. spol.

Imò dicitur in proposito, quod ipsi Marchionis omnia fuerint ablata per uim expulsiuam usque ad illud Castrum in quo sua persona

fuit reperta ita ut interuenit uis ablatiua in exportato mobiliis, expulsiua in eiectione ipso Marchione & suis agentibus etiam in priuando eum omnibus Villis Castro Fraco & Burgo Finarij sine dubio constituerit maiorem partem totius Marchionatus quem possederat Marchio Finarij, quare dicitur quod cum pro maiori parte interuenierit uis expulsiua ita faciendam restitutionem ac si totus Marchionatus fuisset per uim expulsiua ablatas, cū qualitas maioris partis id quod restitutum erat merito ad se trahere debeat ut sic totum ex qualitate maioris partis estimetur, ut sic a priori fiat denominatio, iuribus uulgaribus, maxime cum finis in fauorabilibus, puta faciendæ restitutionis in odium commissæ uolentia, sicut fauor ille ex pluribus circumstantijs in proposito considerari debet, ita ut si in diuersarum qualitatum cõcursu fauor præferendus sit, Bald. in. cap. 1. in. 2. col. quibus modis feudum amittatur.

Si uero in proposito obijciatur non præcedens spoliatio esse inspicendum, sed factam postea & in itam transactionem, quæ non solum ex loco, in quo reperiebatur Marchio, sed de toto Marchionatu concepta fuit, & sic totus Marchionatus traditus est per uim compulsiuam a Marchione in manus sequestrari, & sic in toto Marchionatu, quo ad presentem statum eius, aduersus quæ nunc petitur restitutio, interuenit uis compulsiua.

Hic statim obijci potest de capi. 2. extra de restitutione spoliatorum, qui text. proprie loquitur in terminis nostris, scilicet, quod primo factum est spoliatio, deinde non solum tradita res in sequestrum, sed in totum spolio renuntiatum, & propterea, quod non constat, sed solum præsumebatur compulsiua renuntiatæ, non admittitur exceptio aliqua sed statim faciendæ restitutio: Quanto magis in proposito ubi constat de ui expulsiua, quæ in spolio interuenit & de ui compulsiua, quæ in transactione interuenit. Imò cū multi, quibus Marchio erat inclusus fuerit continuè tormentis quassati ne se amplius defendere posset, & animo metus, & corpori uis fuit illata, ita ut possit dici etiam, quoad ipsum fortaliter interuenisse uim expulsiua, cū is, qui se defendere amplius non poterat re ipsa & corpore exierit, uti hoc pulchre deducitur per Pau. de Ca. in conf. 27. incip. uia inquisitione facta in prin. prima parte secundum nouam impressionem.

Secundo loco adducit procurator cum agatur de restitutione castri, debet admitti exceptio dominij allegat, Paulum de Castro

in. l. 2. C. de edicto Diui Hadriani tollendo, Alexander in. §. nihil commune Ruinum & Masonem in suis consilijs, & adducitur per doctores in argumentum capit. significasti extra de diuortijs, vbi ratione scandali euitandi non fit restitutio, idem probatur in cap. litteras, extra de restit. spol. vbi admittitur exceptio consanguinitatis contra petentem restitutionem, si offerat se in continentem probatur. Et facit in simili, nam quamuis aliam textum sententiam non suspēdatur per obiectum nem exceptionis alicuius, vel pendentiam nullitatis, suspenditur tamen, si preiudicium sit irreparabile, Bald. in. l. eum qui duas. C. de adul. Paul. & Alex. in. l. 3. §. condemnati ff. de re iud. & sic idem fit in restitutione Castrum quod facile recuperari non possit.

Facere etiam videtur tex. in. l. 2. ff. de appell. recip. iuncta. l. ante sententiam quorum appell. non recip. vbi admittitur appellatio a sententia interlocutoria, si damnum sit irreparabile, quando aliam non admitteretur.

Et quando damnum est irreparabile licitum est etiam iudici de facto resistere Barto. in. l. si alius. §. bellissimē. ff. quod vi aut clam. Hinc licet venditio rei emphyteuticæ, cum clausula saluo consensu domini valeat, tamē hoc non procedit, quando esset venditum forsalitium, vel res, quæ non possit sine difficultate recuperari Bal. in cap. r. §. hoc quoque. co. penul. de successione feudorum Ias. in. l. finali C. de iure emphyt.

Et videtur hoc argumentum habere rationem, nam omnia iura, quæ volunt spoliatum a domino non obstante dominio esse restituedū, præsupponunt, quod poterit post modum dominus rem vendicando recuperare, ita loquitur tex. in. l. meminere in. l. si quis ad se fundum. l. 1. C. si per vim vel alio modo in. l. si coloni. C. de agricol. & censitis libro. xj. in. l. is qui delinavit. ff. de rei ven. si ergo res a domino restitueda, non possit recuperari, sequitur, quod illæ leges locum habere non debeant.

Hæc omnia in proposito facto nullum videntur habere locum, nam primo plura sunt ablata Marchioni etiam præter Castrum in quo fuit repositus in quibus omnibus imo in maiori parte ablatorum non habet locum, quod iam deductum fuit.

Secundo considerandus est status genuensium, & is conferendus, cum ipso Marchione, vtiq. statim apparebit, an is resistere possit ipsi Genuensibus, si ipsi ab Imperio consequantur sententiam in petitorio, qua ei resti-

tutio status pro parte, vel in totum iniungatur, considerandum etiam, an non Imperator possit contra illum exequi sententiam, si qua pro Genuensibus esset in petitorio facta, non ne possit occupari totus reliquus Marchionatus, cum Genuenses pretendant ius solum in dimidia parte, imo ipse Genuensium procurator confitetur, Marchionatum, ita esse in visceribus Genuensium, vt ipso non possit frui Marchio, nisi pacem habeat a Genuensibus. Et referunt Genuenses in sua informatione reproducta incip. Genua ciuitas, quod ipsi subditi potuissent expugnare Castrum. Item, quod res eò deducta, quod non dubitandum ipsos Castro potiri potuisse, ita habetur in scriptura, quæ incipit, considerandum est, quod Ortho &c. eo presuppósito omnia corrunt, quæ adducta sunt, & quæ adducē possunt.

Et vt ad Paulum de Castro redeamus, paret Paulum in. d. l. 2. C. de ed. Diui Hadri. tollen. non principaliter fecisse doctrinam de restituendo fortalio, sed dicit, regulam dolo facis, quod petis, quod restituere tenentis etiam in possessorio locum habere, quando resultat vniuersale scandalum ex restitutione, quod autem possit hic oriri scandalum, si Marchionatus ei restitueretur cuius parentes & ipse plures annos iusto titulo ex Imperiali inuestitura ipsum possedit, maxime exacta cautione de non vtenda Tyrāide, quæ Impe. exigere statuit a March. præstantia.

Item loquitur de casu, quo causa proprietatis non remaneret salua, istud exemplificat in restitutione Castrum, quod non possit recuperari, Cum itaq. ex præsuppositis cessent, quæ per doctrinam Pauli possunt adferri, de exemplo non erit curandum, exempla enim intelligenda sunt secundum regulam & doctrinam.

Item Paulus de Castro in. l. si de vi in. ff. de iud. loquitur de damno irreparabili, quod non adest in proposito, sic etiam Ias. in. d. l. 2. C. de ed. Diui Hadria. tollen. Alex. in. §. nihil commune loquuntur de damno irreparabili & scandalo vniuersali, Ripa in. §. nihil commune, loquitur de restitutione impossibili, vel multo difficili & in specie de damno irreparabili. Bar. Soc. in conf. 87. incip. vis inuestituræ feudali, loquitur expressè in casu scādali & in loco inexpugnabili, ita etiam limitat ac declarat Gozzadinus in conf. 7. incip. in hac causa possessoria nune. 2. Ruinus in conf. 37. incip. vis duobus nu. 2. vol. 4. Parisius verò in conf. 22. incip. Illustrissimū Domini nu. 100. in. 1. uol. Ias. in conf. 38. incip.

et. in causa & lite vertente in prin. 3. vol. dum arguit de futuro scādalo loquitur de Castro fortissimo inaccessibili, & fortalio validissimo & inexpugnabili, fito in altissimo monte ad quod nisi auiibus uolantibus præstatur accessus, & non solum natura loci inaccessibleis, verum etiam tormentis instructo. Item loquitur de duobus priuatis, nec apparebat de potentia, illius qui opponebat de dominio: sicut hic apparet de potentia Genuensium. quare in proposito nostro, cum Marchio, quoad vires necessarias ad recuperandum, longe sit inferior Genuensibus, cessat ratio, quam considerant doctores nostri, ita ut ex ratione cessante, recte dicatur doctrinam Pauli de Castro non procedere, si debiliior agat contra potentiorē, & ita in specie pulchrè limitat Ruin. in conf. 37. incip. prosequendo ordinē. n. 3. vol. 4. sic etiā loquitur Ias. in conf. 60. incip. in questione que vertitur num. 4. vol. 1. Imò, quod plus est, dicitur ipsa doctrinā Pauli de Castro & aliorum relatorum, non procedere sine controuersia, dicit enim Ioan. de Imola in. §. nihil commune, hoc esse singulare in cap. litteras, volens aliam non procedere doctrinam Pauli de Castro Hormon. Detus, Rub. Fab. de Bugub. in. §. nihil commune, dicunt dictum Pauli esse dubium, & iure non probari: quod idem est de mente Aretini, & ibi in fert Detus. Nam sibi imputabit spoliator; quia spoliando delictum commisit, in quo dubio id potius sequendum esset, quod in alijs casibus similibus fuisse obseruatum, puta in sententia per Carolum. V. felicis memoriæ lata in causa Montisferrati, vbi in minus fauorabilibus, scilicet in possessorio adipiscendæ, dicitur ita iudicasse, item Verceilis in restitutione Castrum Cameralis, & Taurini in Castro Lacrii, vt asserit Marchio in scriptura ab initio reproducta, quæ incipit Arbitrari potuit &c. cui nec procurator Genuæ contradixit.

Et in specie, quod etiam Castrum sit restituendum, quamuis de non iure spoliati constaret notoriè, est text. in cap. cum dilectus extra de ordine cognitionis, vbi quidam Abbas cogitur restituere quibusdam comitibus Castrum, alias manu armata expugnandum, etiam quod conuentus negaret spoliatorē, & quamuis ad ius & proprietatē Monasterij pertinere, & illud pars aduersa non negaret.

Nec obstat tex. in cap. significasti extra de diuortijs, quia ibi non fit restitutio propter adulterium notorium, sed propter scandalum, item ideo, quia exceptio adulterij, concernit

ipsum possessorium: tum ad altera non cogatur quis cohabitare: alias verò restitutio, etiam in matrimonialibus cap. porro extra de diuort.

Non obstat cap. litteras. Nam ibi ideo non fit restitutio, ne quis cognoscat consanguineam in gradu lege diuina prohibito; & vult tex. ibi restitutionem faciendam in ceteris omnibus, sola carnis cognitione excepta. Imò cōcesso, quod doctrina Pauli, quam maxime vera sit, postpositis etiam illis circumstantijs, quæ ex parte Genuensium & persona Marchionis fuerunt consideratæ, limitatur tamen illa doctrina, ut non procedat, si scilicet, & spoliatus, & spoliatus a aliquo Castro, sunt sub eodem Principe, & causa agitur coram eo Principe, sicut in proposito vtrumque inest, nam & partes subsunt imperio, & causa ab ipso Imperatore determinanda. Ita limitat Iacob. de Sancto Georg. in l. si de vi. ff. de iudicij. quem refert, & sequitur, & ita declarat Claud. de Seyffello in d. §. nihil commune. nu. 12. 13. 14. Idem tenet Antonius Rubens Alexandrinus, Hormano. Detus & plures alij in. d. §. nihil commune: & dicit ibi Rub. quod hæc intelligentia sit de mente iuris. Amplius dicitur, quod doctrina Pauli de Castro non habet locum, si Marchio per S. Cæs. Maiestatem compelle-

retur ad prestandam cautionem de resistendo, vbi condemnatus fuerit in petitorio, arg. eorum, quæ habentur per Abb. in ca. veniens lo. 2. col. 2. extra de testib. Alex. in l. fideiusfor §. si qui satisda. cog. Nec obstat, si dicatur

quod non debet quis se submittere fragilitati cautionis. l. qui ita. §. i. ff. ad Trebel. nam respondetur hoc verum esse, quādo median- te cautione, quis vult cogere alium ad id, quod de iure communi non tenetur facere, puta, vt adest hæreditatem suspecta, sed istud cessaret in proposito modo, quo Marchio Finarij, mediante tali cautione vellet compellere Genuensium ad id, quod de iure communi facere tenerentur, puta, restituere spoliatum, & hoc maxime in negotio ita fauorabili, & ita habetur per Clau. de Seyffell. in. §. d. nihil commune nu. 14. quem etiam sequitur Nicolaus Boer. Decif. 238. vers. secundo etiam fallit &c. per Gozad. in conf. 9. num. 39. Paris. in conf. 22. num. 100. Hier. Grat. in conf. 10. nu. 29. Et dicit Fab. de Bugubio in. d. §. nihil commune nune. 34. quod dictum Pauli de

Castro possit procedere, si t spoliatus prius quam spoliaret, tentaret via iuridica recuperare forsalitium, & non potuit, quia aduersarius iustus a iudice noluit restituere; tunc

si pro-

si propria auctoritate semel sit consecutus re suam dominus, nō teneretur restituere, quia videretur licitum tale spoliū, Ang. in l. 1. & 2. C. quādo liceat vnic. sine. Iud. l. ait Pretor. §. si debitori. ff. qui in frau. cred. cum tamen omnia fecus acta sint in proposito, cum Marchio nec iudicialiter nec extrajudicialiter fuerit interpellatus a Genuen. ante quā ad spoliū deuenissent, propter quod rectē videtur dicendum, secundum Oratoris argumentum nihil facere ad propositum nostrum.

Præterea posset habere locum illa decisio quoad ipsas arces tantum, non autem quo ad iurisdictionem, & introitus, super quibus, etiam si quis succubat in petitorio, facilis potest esse executio arg. tex. in cap. literas. de restit. spoliato. Ruin. in d. consil. 37. nu. 3. vol. 4. Imō. non obiciunt exceptionem dominij pro toto eo, quod ablatum est, sed solum pro dimidia & pro indiviso, cum hic sit connexitas eius partis, in qua nullam possunt obijcere exceptionem cum alia parte pro indiviso, quare ratione connexitatis totum erit restituendū, præsertim qualitate fauorabili (quæ proprie in materia restitutionis obseruatur) accedente. nam ꝛ concurrente fauore spoliati ac odio spoliatoris, debet præualere fauor: ita probatur per Francif. Rip. in §. nihil commune nu. 80. & Fab. de Eugub. num. 36. Nec possunt hodie aliquod obijcere scandalum de occupatione Gallorum, cum illa non sit causa sufficiens, & hodie penitus cesset.

64 Tertio dicebat Orator Genuen. ꝛ non dari possessionem ei, qui factus, & culpa sua ceciderit a possessione.

Hic considerandum est, quod aut Orator sensit de illis actibus, quos dicitur Marchio exercuisse illicite, & ꝛ tyrannice contra subditos suos, & illa tyrannis non sufficeret ad colorandum spoliū factum, antequam res ad magistratum deferretur, vt quod nec sequens tyrannis excusaret, ut habetur in d. cap. cum dilectis extra de ord. cognitio. & si cuiquam prohibetur, ne liceat sine iudice se vindicare, maximè subditis hoc prohibetur. l. 1. & 2. C. de seditio. Imō Genueses ipsi nec ratione eius partis, quam dicunt ad se pertinere, poterunt aliquem actum propria auctoritate exercere, & possessionem superioritatis accipere, cum non fuerint in possessione libertatis: nam possedit Imperium totum Marchionatus per se, quo ad superioritatem, & per Marchionem per se, quoad alia. Imō et si concedatur quod post laudum Antonij Adurni aliquando possederint tum, cum anno

1482. fuit vocatus, & requisitus Alfonso de Carreto a Genuenibus, & non comparuit: videntur tamen ab eo tempore amisisse possessionem iurisdictionis, & superioritatis, vel etiam feudi asserti, cum ab eo nec per vassallos possederint, sed potius vassalli ipsi possederint pro Imperio Rom. sic ergo actus præcedens ipsius Marchionis non proderit Genuenibus, ut poterint licite populū concitare, vel Populo tamquam superiores auxiliū ferre, cum tum non fuerit in possessione iurisdictionis, vel superioritatis. Imō de his omnibus hæcenus Imperatori tamquam iudici de alio nō constat, quā de eo, quod ad suam Maiestatem per ipsos Genuenes fuit delatum, qui soli testes examinarunt, nō denunciatio prius negotio S. Cæs. Maiestatis, ita,

66 vt rectē dicatur ꝛ examen illud esse ipso iure nullum, cum absque commissione iudicis, loci, & causæ testes sint recepti, & examinati, per Alex. in consil. 113. incip. viso & oportune discusso. nu. 9. in 2. vol. Imō. si maxime illa omnia vera essent, tamen ipsos Genuenes hæc res non tangeret. nā si Marchio propter malam tractationem subditorum feudo priuari debuisset, ꝛ feudum ipsum vel ad agnatos, vel ad Imperatorem tamquam dominū feudi pertinuisset, quo tamen casu necessariū fuisset, quod ipsum Marchionem prius admonuissent, iuxta not. in cap. 1. §. qui aduocatus, de pace tenen. & dato quod admonuissent, tamen requirebatur quod Marchio siuiset conuictus de culpa, & subsequuta fuisset sententia declaratoria cap. 1. de feu. sine cul. non amittit. Fely. in cap. Rodolphus. de rescrip. & quicquid aliās in petitorio fiat, tamen agenti possessorio recuperandæ non potest opponi exceptio criminis, vt est tex. & ibi glos. & doctores. in cap. item cum quis de rest. spol.

67 Si verò orator voluit loqui de facto posteriori ipsius Marchionis, hoc est, de transactione, constat ipsam metu extortam, prout etiā protestatus est ipse Marchio tam antè quā post: cum etiam propter metum præsumptio nisi succedat cap. 2. de restit. spol. Imō dicitur quod remedia possessoria locum habent, etiā si factum ipsius spoliati, & nullum penitus factum possidentis interuenisset, nulla admissa dominij exceptione, ita probat text. in l. si coloni. C. de agr. & censil. 11. Nam secundum Bar. ibi siue interuenit violentia, siue non, quando agitur possessorio recuperandæ, semper reicitur exceptio dominij. dicitur enim ibi, quod si seruus fugitiuus aufugerit ad alium bonæ fidei possessorem, primo cele-

68
69
70
71
72
73
74

70 restituitur iure succurri oportet, & tunc causam originis, & proprietatis agitari. quamuis ergo nullum interuenisset factum ipsius, qui se dominum contendit, hoc est Reipubl. Genuenes, tamen habet locum remedium restitutorium. Idem probatur per l. si quis conductio. C. loc. vbi conductor cogitur prius restituere locatori possessionem, & tunc de proprietate litigare: faciunt quæ habentur per Ant. de Butrio. in cap. sape col. penul. de restit. spol. & per Doctores cōmuniter, maximè per Soc. in l. rem quæ nobis. ff. de acq. poss. vbi dicunt ꝛ quod remediū cap. reinteg. locum habet, siue per vim ceciderit quisa sua possessione, siue per negligentiam, siue quamcumque aliam causam, dum ibi dicitur, per quascunq; iniustas causas. & in cap. cum ecclesia. 3. q. 2. aliquid non debet, aut potest à quoq; ante redintegrationē obijci rationem habetur etiā per Rip. in d. §. nihil commune.

Quarto putat procurator Genuen. contra Genuen. non posse intentari iudicium possessorium, cum ipsi non possideant, sed omnia sint in manibus sequestrari.

Hic considerandum est, Marchionem propter vim illam compulsuam, vel potius expulsiuam, ut supra dictum est, omnino ꝛ amisisse suam possessionem, cum passus sit bona sua sequestrari l. licet. §. rei. ff. de po. per Salic. in cap. 1. nu. 2. de seq. poss. & fructibus. Cum ergo hoc factū per ipsos Genuenes sit, Marchioni saltem ad hoc dabitur contra Genuenes ꝛ remedium possessorium, vt cogantur restituere quantum (vt sic dicatur) ad ipsos peruenit, ita expresse habetur per Rip. in d. §. nihil commune. & sic restituant ea, quæ ipsi detinent, & ex parte sua relaxent factum de communi consensu.

Imō est restitutio faciendi, etiam quo ad expensas, interesse, & damnum passum propter spoliū? Abb. in cap. accedens il. 2. in pen. not. at lite non contest. Imō non solum de passis in spolio, verū etiam in facti, ꝛ expensis ad conuocandos amicos, & paranda omnia, 50. de quo tamen infra plenius uidentur. facit quod dicitur possessorium recuperandæ dari contra spoliatorem, licet non possideat, Abb. in ca. conquerente n. 13. de restitutione spoliatorum & ibi Ber. nu. 18. Imō licet ei non sit acquisita possessio Doctores post Bartol. in l. clam. §. qui ad nundinas. ff. de adquirenda possessione.

71
72
73
74

75
76

Quinto putat procurator Genuen. ꝛ idcirco restitutionem Marchioni non faciendam a

Genuenibus, quod de iure Genuensium notorie constat, ut per sententiam, & laudum Antonij Adurni: pro quo, vltra adducta per ipsum, dicitur quod sententia facit rem notoria. l. emptore. ff. de act. emp. ibi quia manifestum fuit noxalem seruū fuisse &c. & in capi. uestra de cohob. Cle. & mulier. Quare non obstat regula, quod spoliatus non alius obtinere in remedio recuperandæ: ad idem alius factus textus in l. duobus. §. qui iurauit. ff. de iure iurando vbi marito agenti actione rerum amotarum, quæ competit ad recuperandas res remotas, potest obijci exceptio iuris iurandi, si mulier ante iurauit rem suam esse, quod etiā corroboratur ex eo, quod licet iura simpliciter disponant, ut cum quis sine iusta causa ceciderit a possessione restituatur, non distinguendo an talis dominus sit, vel non, & sic quāuis illa iura generaliter sint intelligenda, dicitur tamen quod limitari, & restringi possunt, si de iniustitia eius, qui petit restitutionem, & de iustitia eius, contra quem petitur, constat notorie, dispositio enim ꝛ quantumcumque lata, & expresse exclusoria exceptionum, nunquam censetur exceptiones notorias excludere, & si in ea sit ratio, nō censetur exclusio exceptio notorie dominij ipsius rei, ita Ab. expresse in c. literas extra de restitutione spoliatorum Fely. in cap. ex parte l. 1. in §. Fallen. de officijs delegatis Bald. in rubrica. C. de probati. communiter Doctores in l. 1. in primo. ff. de no. op. nunt. Confirmatur hoc per doctrinam glos. & Anton. de Butr. in cap. ex conquestio n. e extra de restitutione spoliatorum & Abb. in cap. inter ceteras extra de rescrip. dicitur, quod licet ꝛ in rescripto prohibeatur appellatio, attamen non videtur remota facultas appellatione notorie iniustitatis, vnde etiam dicit Bald. in l. 1. C. ne liceat rer. prouoc. quod licet tex. in Cle. 1. de sent. & re iud. velit, quod post tres sententias conformes non possit opponi, notoria nullitas tamen opponi potest: facit

facit pro hac opinione etiam, quod dicitur & habetur in capitulo ad decimas de restitutione spoliatorum in sexto, ubi canonici spoliati non restituntur ad possessionem decimarum, cum manifestum sit, nisi aliud probetur, eam de iure communi ad ecclesiam spoliantis pertinere, & sic ibi spoliatus verus dominus repellit agentem possessorem recuperanda, quare & multo magis in casu nostro, verus dominus poterit repellere agentem, videtur enim agens possessorem recuperanda contra verum dominum esse in evidenti calumnia, si petat possessionem, quam in rei vindicatione posita cogitur restituere: propter hanc itaque calumniam, cum de dominio rei constet notorie, facile debet posse repellere ipse actor, ut ita etiam in inutilis evitetur circuitus, qui evitatus est, Clemens auditor. extra de rescripto. lason. in l. 1. 2. not. ff. de legat. primo, videtur deneganda restitutio, & esset inutilis circuitus, si reus cogere ad restituendam possessionem, quam, ut dominus statim possit recuperare, maxime cum de dominio suo possit in continenti probare, tamquam notorio, & sic propter notoriam iniustitiam ipsius actoris, & propter animam periculum evitandum, iudice illi deneganda restitutio arg. capi. sepe extra de restitutione spoliatorum, ut sicut ibi restitutio propter animam periculum evitandum, ita & e contra, & de hoc videtur casus expressus in ca. 1. extra de restitutione spoliatorum, ubi si constat de proprietate tunc, ei, qui petijt se restituat, perpetuum imponitur silentium, & a sua intentione cogitur discedere in terminis nostris videtur etiam esse casus in l. fin. §. fin. ff. quod metus causa, ut probatur, quod coactus solvere propter poenas, vel multas iudicis non rite impositas, si repetat solutum repellitur per exceptionem veri debiti: & sic in casu posset videri, quod Marchio Finarij deberet repellere per exceptionem dominij, de quo incontinenti Genuenses offerunt se probaturos. Imò videtur, quod Genuenses debeant obtinere saltem in dimidia parte status Finarij, tamquam, qui fortius ius allegant, nempe dominium ex sententia & laudo quaesitum vnde cum presenti possessione: cum Marchio nullum directum dominium pretendat, nec presentem habeat possessionem arg. l. 3. C. de edict. Diui. ADR. tolle. ubi intendunt in possessionem bonorum hereditario rum possidentium esse debet de proprietate respondere, ut ei acquiratur possessio, qui potiora iura ex legitimis medijs ostenderit, & probatur per alia, quae adducit Alexand. in d. l. naturali

ter. §. nihil commune vers. decimo fallit &c. de adquirenda possessione & in consil. 77. in cip. in causa & lite num. 2. in 2. volu. Dec. in consil. 191. incip. in causa secundo agitata nu. 9. in 1. parte.

80. Ultimo dicunt Genuenses, quod ipsis etiam in ex intervallo liceret recuperare rem suam, cum Alfonso de Carreto, a quo ipse actoris, rebellatus sit ipsi Reipubl. quia requisitus, ut recognosceret in feudum dimidiam partem status, illud facere noluerit, sed sibi causam possessionis mutauerit, ipsi vero ad eam recuperandam nullam occasionem, nec commoditatem habuerint, cum fuerint ante hac impliciti uarijs partialitatibus, quibus sedatis, adhuc tamen circa constituendum tranquillum statum Reipubl. occupati fuerint, & sic coacti expectare commoditatem, quam nati sunt, cum ipsi subditi contra Marchionem fuerint subleuati & concitati, sufficit ergo quod Genuenses recuperant suam possessionem, quam primum oportunitas recuperanda superuenit, ita, quod temporis, quo commode id fieri non potuit, & in quo occasio defuit, nec attendi, nec considerari ratio debeat: nam tunc satis in continenti recuperata civilis possessio dicitur, quod etiam est de mente Bart. in l. 3. §. cum igitur. ff. de vi & vi armata, qui vult, quod verbum in continenti debeat intelligi, quam primum potest per l. 3. §. confestim. ff. ad Tertul. Allegat ad hoc procurator Genuens. Ruin. in consil. 41. incip. Quoniam scio in 4. volumine. & Parisi. in consil. 24. incipit presupponitur primo in primo volum. & dicit Procurator Genuens. quod non possit dici per Remp. in oblivione omisam esse possessionem, nam non praecise spacio decennij, sed imò longiori tempore pro iudicis arbitrio dicitur ea retineri tamdiu, quamdiu quis non habet facultatem recuperandi, Alex. in apost. ad Bart. in l. si quod in l. ff. de adquirenda possessione.

81. Verum ad haec omnia facile potest responderi, nam primo constat ipse Procurator alteram dimidiam bonorum ablatorum partem pertinere ad Imperium, & ipsum Marchionem spoliatum, & sic in illa altera parte, ultra spoliū, constat notorie de iniustitia ipsius spoliantis, nam confessio facit notorium contra confidentem, extra de cohab. Cler. cap. fin. vnde sequitur, (ut supra deductum fuit), occurreat favore restitutionis, quod haec notoria iniustitia in parte, ad se trahere debeat alteram partem, dato non concessio quod illa ad Genuens. pertineret, nec aliā in notorio restitutio

tutio fieret. Secundo ex pluribus negari potest notorie constare de iniustitia Genuens. quod ad alteram dimidiam attinet; imò quod potius dicitur constare notorie de iniustitia eorum, & quod totius status iure directi dominij, ad Imperium Rom. iure vero utilis dominij, ad Marchionem pertineat, de quo tamen inferius plenius dicendum est. Tertio dicitur quod generaliter exceptio possessorem recuperanda, non possit obijci exceptio dominij, probatur per text. in c. solitae extra de restitutione spoliatorum: etenim petitio restitutionis in hoc est privilegiata, ut eam intendens non cogatur antequam restitutus fuerit, super proprietate respondere cap. si. extra de ord. cog. bonus textus, per quem ibi hoc dicit Bartol. in l. si coloni. C. de agric. & censu. lib. 1. §. probatur enim ibi, quod siue interuenit uolentia, siue non, quando agitur possessorem recuperanda, semper reijcitur exceptio dominij, dicitur enim ibi, si seruus auferat alium bonae fidei possessorem, primum oportet eum restituere sicuti, & tunc causam originis & proprietatis agitari. Facit ad idem text. in l. si quis conditionis. C. loca. ubi dicitur, quod conductor prius cogatur possessionem restituere locatori, & tunc demum de proprietate litigare, quod siue procedat in eo, qui & titulum, & possessionem habuit ab Imperatore. Ad idem facit text. in l. is qui delinavit. ff. de rei vindicat. & in l. exitus. ff. de adquirenda possessione, ubi dicitur, quod quis potius debet agere possessorem, quam petitor; quia si obtinet in possessore, cogitur tunc aduersarius rem petere & probare de dominio suo. Presupponitur ergo ibi conuentum possessorem, esse dominum, & expressè probare dominium, & tamē teneri restituere possessionem, & quod magis est, dicitur, quod etiam si exceptio dominij sit notoria, non tamen per eam impeditur restitutio in possessorem, ex quo enim iura simpliciter disponunt, possessionem restituenda in possessorem, non obstante exceptione dominij, nec distinguunt inter dominium notorium, & non notorium, ideoque nec nos distinguere debemus l. de pretio. ff. de pub. De hoc est in specie text. in c. porrò ext. de diuo. ubi mulier erat a marito eiecta propter parentelam, quae publica erat, & notoria; tñ illa restituta est. Nec dicitur ut ibi dicit Abb. ideo exceptio notoriam non obstat, quia non erat opposita, quia hoc esset imponere legem verbis, & non rebus, contra l. 2. §. finali. C. commun. de leg. facit textus in capitulo. commissi in principi. de election. in se-

xto: pro hoc etiā, quod exceptio dominij non obstat quatenus notoria, est bonus textus in cap. cum dilectus extra de ordin. cogniti. ubi si spoliatio ab Abbate fuerit facta, licet Castrum illud ad ius & proprietatem illius Monasterij pertineret, quod etiam aduersa pars nullatenus denegabat, & sic per cognitionem erat notorium, secundum ea, quae habentur in cap. si. extra de cohab. Cle. & mul. tamen nobiles spoliati debent restituere. Nec dicitur, quod ibi non erat defectus notoriae proprietatis, ut quia licet nobiles non negarent illud Castrum spectare ad ecclesiam, non tamen per hoc fatebatur; cum inter negare & fateri sit medium, per not. in reg. qui tacet, de regulis iuris in sexto. Haec enim solutio penitus esset contra mentem text. ubi, sicut nec etiam dici potest, quod licet illi nobiles fateantur directum dominium spectare ad ecclesiam; tamen dicerent se esse feudatarios & sic habere vitale dominium, dum dicunt quod Castrum illud & progenitores eorum tenuerant & quietè possederant. quod & magis videtur confirmari, dum text. dicit proprietatem, per quam demonstratur directum dominium pertinere ad Monasterium sicut hoc etiam est de mente Lanfran. de Oria no in Rub. de caus. poss. & proprietatis. nam ad hoc dicitur, quod haec solutio non sit bona, quia contra mentem text. quia diuiniata, quia ea attentata, non bene fundasset Abbas in tali proprietate; cum per eam tutior non fuisset, ex eo quod feudatario res sit restituenda. Nec obstat quod text. loquitur de proprietate. huc enim terminus aptus est comprehendere & plenum dominium. l. si procurator, iungendo principium cum fine. ff. de acquir. rerum dom. deducunt doctores maxime moderni in d. l. naturali. §. nihil commune in prin. ff. de acquir. poss. sit quod exceptio notoria iniusti dominij non obstat, etiam tali ratione demonstratur, quia dicitur quod nec exceptio notoria iniusta possessionis obstat, quae tamen magis debet obstat, cum maior appareat calumnia in eo casu petentis possessionem; vnde multo minus obstat exceptio dominij. & hoc quidem probatur; quia si ego à te sui deiectus iuste, forte vi armata, & sic publica, quae potest facile trahere in notorium, quod videlicet id faciat maior pars populi, iuxta. no. Alex. in l. si verò. §. quae pro rei qualitate. ff. qui satisd. cog. & per doctores in l. 1. in prin. ff. de nou. op. nun. & illa rei notorietas, facti dicitur, in cap. si. de cohab. cle. dum ibi dicitur, clericum concubinariū non esse arctandum, nisi peccatum huiusmodi per

sententiam, vel confessionem factam in iure notorium sit; aut per euidenciam rei, tergiversatione aliqua clari non possit, quo casu notorium esset te iniuste possidere: Et tamen si ego te expello ex intervallo, teneor interdicto recuperandæ, ita est tex. in ca. in literis in si. extra de rest. spol. in l. fed. & si, & in l. 1. §. cum igitur. ff. de vi & vi arma. & in §. recuperandæ Inst. de interd. & pro hac opinione, quod non obstat exceptio dominij quod dicitur, tenuit Bart. & alij in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poss. in l. si de vi ff. de iudic. Abbas in cap. literas, in glo. super verb. offerunt. de rest. spol. & in specie, quod nec in remedio canonis reintegrandæ obstat exceptio dominij, tenet Alex. in cons. suo. 118 incip. viso processu nu. 4. & seq. li. idē tenuit etiam Innocēt. & Ant. de But. in cap. sape. de rest. spol. vbi Ant. allegat not. per Innocē. in cap. per electionem, de concess. præben. ita te nuerunt plures alij, de quibus per Alex. in legato cons. & per Socin. in l. rem quæ nobis in. 9. quæst. principali. ff. de acq. poss. faciunt quæ habentur per Alex. in cons. 6. incip. circa præmissum, in. 2. dubio principali, in. 3. vol. idem etiam tenuit Dec. in cons. 17. incip. viso pro tenui facultate mea, nu. 6. r. vol. vbi etiam dicit, quod hæc est vera, & magis communis opinio, loquens in remedio canonis redinte grandæ. & hanc esse commnem opinionem etiam in dicto remedio, per plura deducit, & asserit Alex. in con. 78. incip. in Christi doctifime & iustissime, domine Prætor; ad primū quæsitum, in. 3. volum. & facit tex. in. d. cap. reintegranda iuncto cap. cum ecclesia. 3. q. 2. vbi aliquid illi non debet, aut potest, à quoquam ante redintegrationem rerum suarum obijci, sed prius illi redintegranda sunt omnia & postea tempore præfinito negotia sunt vē tillanda.

Ita tenendo, non obstant adducta supra in contrarium. Et primo quidem non obstat dum dicebatur tex. ca. significasti extra, de diuort. quod exceptio notoria iniustitiæ impediret restitutionem; quia ad illum tex. respō detur pluribus modis: primò, quod ibi mulier non restituatur, nō solum propter notorietatem, sed etiam ob hoc ut euitetur scandalum; quo casu verum est spoliatum non restitendum, vt per Auth. in cap. ex parte extra de restit. spol. vtr. col. & per Alex. in §. nihil commune, vbi ponit exemplum de Monacho, qui de vno Monasterio aufugit ad alud, & quod ibi imminet scandalum, patet: cū enim illa adulteriū commisset, notoriē

periculum imminēbat, ne maritus iusti doloris impatiens, eā occideret arg. l. Gracchus. C. ad l. iul. de adul. & l. si. adulterium cum incestu. §. Imperatores. ff. eod. ideoq. quamuis in cap. porrò extra de adult. esset notoria iniustitia, sit tamen restitutio, cum nullum imminet scandalum. Secundo responderi possit, q̄ ibi non fiat restitutio, quia ex quo mulier postquam à marito fuisset expulsa, adhuc publicè fuit adultera, videtur quodammodo factō suo spoliationem comprobasse: ideoq. hanc ob causam non potest petere se restitui. & in hac ratione videtur fundare se ille tex. dum dicit, verum mulier non continuit se. Quare cum in cap. porrò spoliationem non approbasset, sit ibi restituito.

88 Non obstat præterea textus † in cap. constitutus, quia non fit ibi restitutio, propterea quod possessoriū illud habet annexam causam proprietatis, quia de re spiritali. l. 2. §. quidam. ff. de interd. & sic ibi non fieret restitutio, non propter exceptionem notoriam, sed ea ratione, quia nullo modo possunt laici nec etiam clerici possidere Beneficia sine titulo iusto, cap. causam de rescriptione Abbas in cap. literas de rest. spol.

89 Non obstat textus † in l. duobus. §. qui iuravit. ff. de iure iuran. ideo enim obijciunt exceptio iurisiurandi, quia actio rerū amotarum, petitorium extenuare videtur, quod iururando decifum fuit, quo casu seruanda est vulgata regula, quod dato iururando, nihil vltra queratur l. non erit. §. dato. ff. de iure iur. Vel etiam dicitur, quod ibi res non restituatur, quia si mulier iuramento probauerit rem suam esse, non cadit in illam hæc actio. l. qui res. ff. rerum amotarum, vbi hæc actio datur ob res iure proprias, vel dotales tantum.

Nec obstat id, quod de notorio latè fuit allegatum, cū pluribus sit supra deductum, quod petio restitutions adeo sit priuilegiata, vt nec etiam exceptio notorij dominij illi obstat possit.

90 Tex. etiam † in cap. ad decimas, in proposito nostro nihil obstat, etenim sicuti in capite constitutus loquitur, nimirum in possessorio habente causam proprietatis: antea etenim decimas, non possunt habere laici sine titulo: ideo merito ibi denegatur restitutio.

Nec obstat illud de euidēt calumnia; quia hæc ratio non habet loci in possessorio, videmus enim magnam & euidētem esse calumnia in §. recuperandæ in st. de interd. & in l. sed vi. ff. de vi & vi armata in cap. in literis extra

extra de rest. spol. & tamē sit restitutio possessiois, nec allegatur quicquam de inutili circum: quia hoc etiam nō habet locum in possessorijs, vt notat glo. in l. si de vi. ff. de iudi. & est casus expressus in l. si quis conductiois. C. loc. & casus in l. meminere. vnde vbi si tutor inuadit rem pupillo debitam, licet tutor, non pupillus puniatur, tamen adhuc res ablata restituatur. Nec dicitur de euidēdo animi periculo: quia dicitur quod imo æquitas ca. sape de rest. spol. fundetur in ea cū res est affecta vitio, illud vitium debeat purgari, quod aliter fieri non potest, nisi spoliatus in pristinum statum restituatur, quandoquidem violentiæ vitium transt̄ cum re in quemlibet possessorem, quæ æquitas subest in quo nostro: & ideo faciendā restitutio.

92 Textus etiam † in cap. extra de rest. spol. non loquitur in terminis nostris. dicit enim q̄ ibi imponitur silentium agētī possessorio, quia actum fuit prius possessorio iudicio, & agētī fuit opposita exceptio dominij, quæ quidem exceptio non obstat, tamen actor expresse cōsensit, quod admitteretur vt patet in tex. ibi consiente illo &c. & sic consentebat cognōsci de exceptione dominij ad exclusionem iudicij possessorijs prius intentatis, quod non esset, quando ipsemet ab initio proponeret petitorium: quia non diceretur consentire cognōsci de dominio, nisi si ad finem exclusionis à dominio contra se fuerit iudicatum. & quod ibi fuerit intentatum possessorium, patet: quod ante omnia actor esset restituendus in possessionem, patet etiam, dum tex. dicit quod reus probauerit cōsentiente actore, sic enim presupponitur quod si nō consensisset, de dominio probare non potuisset, cum tamen in petitorio hoc possit eo inuito.

Nō obstat etiam tex. in l. fin. §. fin. ff. quod metus causa, quia loquitur in actione quod metus causa, in qua id facile conceditur. secus est si agatur aliquo remedio possessorio. tunc enim verum hoc non est, prout hæc differentiam expresse facit Bart. in l. pen. circa princip. ff. de cond. ob turp. causam & in l. 2. C. quod met. cau.

Non obstat quod reus fortius allegatus, videlicet dominium & possessionem. illud enim argumentum non est bonum. concluderet enim in omni domino spoliante cōtra. l. si quis in tām. C. vnde vi & l. meminere eod. & in possessorijs non attenditur an quis simul habeat etiam proprietatē: nec per hoc alicuius iura dicitur potiora, cum omnino sit separata possessio à proprietate, l. naturali

§. nihil commune. ff. de acquir. poss. l. 1. §. huus autem. ff. vti possid.

Non obstat quod vltimo loco dictum fuit Genuensibus etiam ex intervallo oblata commoditate licuisse recuperare rem suam, cum hæcenus nō habuerint occasionem recuperandi: ideoq. totum illud tempus medium iudicis arbitrio fit subrahendum secundū Rui. & Parisi. in locis supra allegatis. Nā & ad hoc facile etiam responderetur, quia dicitur Genuensibus semper fuisse tantū facultatis & potētiae, vt potuerint rem suā vel de iure, vel de facto recuperare ab illis de Carreto. si enim potuerūt recuperare Saouanam, si eam ciuitatem munire, & parare exercitum in Sardinia, vtique potuissent etiam illos de Carreto ad præstandam obedientiam, & recognoscendā Rempub. compellere, maximè cū dicant Genuenses statum ita in visceribus Reip. situm, vt inuitis Genuensibus Marchiones eo vti nō possint. Deinde semper fuit liberū iure cum Marchionibus de Carreto agere, cum non defuerit copia iudicis, siue velint Genuenses quod causa à Genuensibus iudicibus determinata sit, siue velint Imperatores eius loci esse iudices, prout re vera sunt. Et ita expresse habetur per Parisi. in d. cons. 24. in r. vol. uolens quod imputari possit negligētia ei, qui per uiam iudicij potuit persequi ius suum, & illud non fecit secundum Bald. Salic. & Fulgof. in l. solennibus. C. de rei vind. doctores maximè Præpositus in ca. 1. quo tempore miles &c. In casu vero suo non poterat copia iudicis haberi. Item loquitur † Parisi. in casu, in quo Ecclesia, quæ ingressa est, semper retinuerat possessionem ciuilem: quod in proposito dici non potest. nam constat quod Resp. oblata sit suæ possessionis & iuris, & sic non potest dici quod animo retinuerint ciuilem. etenim in informatione, quæ incipit Genua ciuitas, fatentur Genuenses, quod fecerunt per deputatos querere inter alios Rempub. in strumenta, & quod quasi ex insperato inuenerint illud laudum. Item sape fatentur se igno raste quo iure Marchiones possiderent statū & quod crediderunt illos possidere bona illa tamquam allodialia. cum ergo expresse constet ipsam Rempub. dubitasse, & ignorasse ius suum, iam amplius non queritur an per decennium, an verò longiori tempore inducatur obliuio. Cum in claris non sit opus, coniecturis l. continus. §. cum ita. ff. de uerb. oblig. † Rum. verò in cons. 42. per Genuen. allegatus loquitur de Duce Ferrariæ, qui à Pontifice fuerat in tractatu recuperandi per

93

94

95

quod apparet, quod nunquam deposuerat animam possidendi, qui animus, ex ijs, quæ fecit & tractauit, probatur, secundum glo. in l. fulcimus. §. sed is qui in veto animus. ff. quibus ex ca. in poss. eatur: nec poterat Duci aliqua negligentia imputari, cum ab occupatore Leone decimo haberet spem de restitue do. amplius, ibi contra aduersarium Dux. Ferriam non habebat iudicem, quo casu potuit licite ex interuallo recuperare. alijs autem nõ licet, etiam domino recuperare ex interuallo, olim oblata noua occasione, ita habetur per Ruin. in d. conf. 42. in princ. vbi ad hoc plura allegat.

Quamuis itaque ex hæcenus allegatis satis appareat, quod Genuenses in hoc iudicio possessorio non possunt Marchioni restitutione petenti, quidquam de iure, uel dominio ipsius Reip. obicere: operæ tamen pretium uidebitur, si examinemus, quis eorum hæcenus circa ipsum petitorium, & dominiũ potiora iura adduxerit: nam si constaret Marchionem etiam in ipso petitorio Genuensibus præferendum, eo minus de omnibus hæcenus deducti dubitandum esset.

Fatentur autem Genuenses dimidiam partem status Finarij, nõ ad se sed ad ipsum Marchionem pertinere: & sic in ea parte constat de notoria ipsorum iniustitia.

Quod ad alteram dimidiã attinet, dicunt eam partem iure directi domini pertineret ad Remp. Genuæ. & quod anno. 1583. dominium illud fuit in ipsos translatum titulo oneroso ab Emanuele quondam Henrietti, & Antonio quondam Alerami de Carreto, per laudum cuiusdam Antonioti Adurni, tuæ temporis Ducis ipsorum Genuensium, qui sub nomine proprio, non tamquam in Ducem ipsorum. Fuerat per ipsam Rempu. inter Lazarinum, & Carolum Marchiones de Carreto, filios quondæ Georgij, nomine suo, & nepotis Georgini quondam Henrietti de Carreto, fratris eorũ de Crauesana, ex una parte, & dominium Emanuelem quondam Henrietti, & Antonium quondam Alerami de Carreto, ex altera parte, erat compromissum, quam partẽ status, excepto Castro Franco, postea retento directo dominio, in feudum cõcesserint Lazarino, & Carolo de Carreto, qui, sicuti & eorum successores, eã partem a Genuensibus semper in feudum recognouerint, usque ad annum 1451. ita vtea pars status ab eo tempore semper fuerit possessa per Remp. retento penes se dicto dominio. & ad probandã hæc omnia vt iam relata

97 sunt, continentur quæ transumpta videntur facere fidem, cum originalia sint in Archiuo pub. reposita, & transumpta facta de auctore iudicis, quo casu dicuntur plene probare C. fin. de fide instr. vbi Abbas post alios. Bart. in l. chirographus. in primo. ff. de administr. tut. glo. & Bart. in §. & insuper. vt spon. largit. Spec. Dec. in authen. si quis in aliquo. C. de edendo & quod magis validum sit hoc cõpromissum, ostendunt ipsi originem status Finarij, quæ processit ex donatione facta per Imperatorem Othonem secundum Aledramo de Saxonia, de anno. 967. cum potestate donandi, commutandi, & disponendi ad libitum. nam inter bona nominata in prædicta donatione, cuius copiam Genuen. exhibuerunt, continetur etiã status Finarij, vt uoluit Alber. de Ros. doct. antiquus, in suo dicto nario, in verbo feudum, vers. Item quero pulchram & difficilem questionem. Et quod illa donatio fuerit prima & simplex cum facultate disponendi de bonis in ea comprehensis ad libitum, tenuit latè Gozad. in consi. 8. cui dicunt accedere vulgata regulam, quod quælibet res præsumatur potius allodialis, quam feudalis. l. altius, & ibi doctores. C. de seruit. & aqua. Alexan. in consi. 55. nu. 21. vol. 4. cum simi. Ex hoc iure sibi titulo prædicti laudis siue arbitralis, quæ sit, multa cõtra Marchionem inferre conantur Genuenses.

Primò, ex eo fundamento impugnant inuestituram Maximiliani, & Caroli quarti, dicentes, quod in præiudicium iuris directi ipsius Reip. non potuerint successores eorum, qui Remp. directam dominã recognouerunt se alteri subicere, & quod dici debeat illas inuestituras clam, subreptitiè, & mala fide impetratas post titulum quæsitum per Rempu. & sæpius factam recognitionem, & quod illæ inuestituras intelligantur sine præiudicio tã respectu domini, quàm possessionis.

Nec obstat (dicunt Genuenses) inuestitura facta Genuæ de anno. 1536. Nam non inferatur scientia: quia ille actus fuit gestus in secreto, non palam & publice, ita vt nõ possit illis quasi aliqua supina negligentia imputari argumento. l. regula. ff. de iur. & fact. ignor. cõ generaliter dicatur ignorantiam facti potius quàm notitiam eius præsumendam esse. l. si. ff. pro suo. l. verius. ff. de proba. Alex. in consi. 172. incip. visis & optime discussis nu. 2. in 2. volumine.

Secundo adducunt pro se prescriptionem temporis immemorialis, cum eam partem per tempus immemorale saltẽm ciuilitate per

vassallos suos possederint quiete, pacifice, & sine interruptione. nam in instrumentis producti, ex ordine apparet qualiter illi de Carreto a tempore laudis, vtique ad annum 1451. recognouerunt Remp. directam dominam, & tamen dicerent, quod in omne casum habeat locum præscriptio etiam contra Imperium, dato quod illud prius habuisset directum dominium, allegant glo. in cap. præterea de ca. Conrad. & ibi Bald. Aluarot. Afflic. Curt. Sen. consi. pe. Balb. in tract. de præscrip. parte. 4. partis. quæst. 4. col. 44. Aluarot. inter consi. Bruin. 6. i. col. fin. Jo. And. in addit. ad Spec. tit. de feudis, in Rub. col. 2.

100 His tamen non obstantibus, concluditur Imperium Romanum, & ipsum Marchionẽ Finarij, etiam in petitorio habere causam potiorẽ ipsi Genuensibus, & ut omitamus duas inuestituras Federici primi & secundi, constat, quod duæ tertiæ status Finarij, & sic octo uncie eius status, fuerint per Carolum quartum anno. 1355. & sic per 30. annos antelatum laudum, de quo supra, in feudum concessæ Georgio, Emanueli, & Aleramo de Carreto Marchionibus Sauonæ, & Crauesanæ. Siue ergo bona ab illis de Carreto ante præfatam inuestituram possessa sunt, vt feudalia, quod verisimilius est, & ex inuestituris ipsius Federici primi & secundi apparet. si enim donatio Othonis statum Finarij comprehendit, ut ipsi Genuenses volunt, certè fortius duæ illæ inuestituras, quæ magis sunt speciales, loquentes de omnibus bonis, quæ possidentur a Marchionibus Sauonæ, & Crauesanæ in ciuitate, Marchionatu, atque adeo episcopatu Sauonæ, in quo episcopatu hæc bona sita sunt, prædictum statum comprehendunt siue ea possederint, vt allodialia: constat tamen quod eo tempore duæ tertiæ prædicti status, & sic ille octo uncie iure directi domini pertinebant ad Imperium Roma. iure vero vtilis domini pertinebant ad præfatos de Carreto. Nam potest quis bona sua tã allodialia offerre Principi, & ea postea ab alio in feudum recognoscere, vt expresse refert Zasius in tract. feud. in 3. parte in fi. tradit. Jacob. de Sancto Georg. in tract. de Homag. nu. 10. Imò etiam si absq; vlla inuestitura tenuissent ea, quæ ab Imperio habuere. 30. annos tamquam feudalia, ex hoc feudalia facta fuissent. Goza. in consi. 9. num. 6. 7. & sequent. Cui inuestitura non potest quicquam obicere scriptis Alber. Nam dato quod bona initio fuerint allodialia, dato quod fratres duo ad inuidiam tertij, cum quo ratione prælegati paterni litiga-

bant, subiecerint se Imperio, & fecerint bona illa feudalia, certum tamen est, vt etiã Alberic. refert, quod controuersia illorum fratrum fuerit transactione finita, & quod fratres illi, qui in feudum partes illas recuperarunt, easdem partes retinuerint.

Hoc præsupposito, constat, quod illi ipsi fratres & eorum successores non potuerunt amplius bona illa alienare, nec de iis, non requisito Imperatore domino directo, compromitteret posteriora enim inspicienda sunt, & ex ijs res iudicada l. pacta nouissima. C. de pactis, etiam dato quod inuidiose se subiecerint Imperio, nam non tam ille animus quàm ipse effectus esset inspiciendus, & hæc res tamquã inter alios acta non confirmaret iura Genuensium, nec quicquam tribuere posset ipsis Genuensibus. Imò etiam si ab initio propter patris prælegatum nõ potuisset fratres se subicere Imperio, tamen cum per transactionem partes ille remanserint penes fratres, qui se subiecerunt, vel etiam si quocuoq; modo ad ea postea de nouo peruenissent, fuissent ex post illa subiectio confirmata, lege prima in principio & ibi Bartolus. ff. de pignoriibus, l. si Titio. ff. eodem, & cum ipsi subijcientes de hoc nõ potuerint quicquam obicere ipsi Imperatori, sequitur, quod nec Genuenses, quia ab ipsis causam habuerunt hoc possint, quia semper res cum suo transit onere, & subiectione, ut supra plenius deductum fuit.

Quod autem illæ partes remanserint penes eos ipsos & eorum successores, qui a Carolo Quarto inuestiti sunt, uel saltẽ ad eos postea peruenerint, apparet, cum ipsi & eorum successores aliquot annis postea tamquam possessores status Finarij compromiserint, nam inuestiti sunt a Carolo Quarto tres de Carreto Aleramus, & Emanuel fratres, cum Georgio patruo. Emanuel est is, qui compromiserat, erat filius Henrietti, vt habetur in laudo frater Alerami, ut habetur in inuestitura, qui duo Emanuel & Aleramus simul sunt inuestiti a Carolo Quarto, Antonius, qui pariter cõpromisit erat filius Alerami ut habetur in laudo: Lazarinus vero, & Carolus fratres, qui compromiserunt, sunt filij Georgij, ut in laudo, qui Georgius erat prius inuestitus a Carolo Quarto vt in inuestitura: Georgius vero, qui etiam compromisit erat nepos ex fratre ipsi Lazarino & Carolo, & pater eius erat Henricus secundus, qui fuit filius Georgij. Sic itaque apparet eos ipsos, qui vel ipsi vel eorum parentes fuerunt inuestiti, & de eodem statu Finarij, qui fuit in feudum cõcessus compro-

mississe in Antoniotum Adurnum per cuius laudum Genuenses putant se ius antiquum consecutos. Ex quo sequitur quod laudum erat ipso iure nullum & consequenter non poterit per illud dominium aliquid in Genuis transferri, quia de re feudali non potest scilicet compromissum fieri nisi cōcurrētibz illis de quibus Affidus in capit. 1. §. 1. in. 1. nunt. de leg. Corn. late per Marian. Socin. in consi. 77. nu. 26. & sequenti volumi. 1. inde in specie dicit Bal. in cap. 1. in verbo Marchio de his, qui feudum dare possunt quod compromissum non potuit facere & Dux Sabaudia in Regem Francie de rebus, quae sunt de regalibus Imperij: nam quicumque non potest alienare, non potest etiam compromittere iuxta tex. in c. cum tempore extra de Arbit. f. vassallus adeo non potest alienare rem feudalem sine consensu domini, ut si tres attentauerit priueter feudo cap. 1. de prohib. feud. aliena. per Lothar. cap. Imperiallem de prohib. feud. alien. per feud. hoc modo argumentatur, Nos Anthoni. de Butr. Ioannes de Imola & Abb. in. d. cum tempore quos sequitur Iaf. in l. fin. num. 9. C. de iure emphyt. Et ad hoc uidetur in speiisse Imperator Maximilianus in sua inuestitura, dum mentionem facit de alienationibus quae antea deductis bonis sine Imperatoris licentia factae fuerant, ex quibus dicit illa bona ad imperium esse deuoluta, vt iam admittatur laudum esse nullum cum sine causa cognitione latum puta statim sequenti die post compromissum, vt etiam omittatur illud compromissum fuisse violentum, meticulousum & tempore belli ex tortura ab his de Carreto qui Genuensibus & alijs ex complicitibus & adherentibus longe erant inferiores. Imo apparet sententiam illam arbitralem latam fuisse circa id tempus quod apud Ciuitatem Ienue non erat iusta forma Reipu. vt potē, cum Ciuitas ipsa nomine Regis Francie a Bucucaldo ipsius miniualio gubernaretur, vnde cū satis omnibus notum sit Francorum Reges ab antiquo semper fuisse inimicos sacri imperij praecipue in rebus Italiae uerisimiliter colligitur calamitatem inde non vulgarem ad uicinos imperij vassallos inter quos etiam Marchiones de Carreto semper connumerati sunt permanasse, vt ipsi timore simul & compulsionē Francici Magistratus, ea fecerint quae sua sponte nunquam fecissent: ex quo sequitur quod facta tempore Tyrannidis censentur metu esse facta, maxime in quibus iura partium laeduntur & sic nullius momenti existimantur, sed reuocanda sunt vbi antiqua Reipubl. forma

fuerit restituta iuxta tex. in l. decernimus vbi Barto. & Bald. C. de sacrosanctis ecclesijs Bartol. in Tracta. de Tyrannide, Petrus de Anchi. in cap. finali. de electio. in sexto, Alexand. consil. 127. volumine secundo, Dec. in consil. 191. num. 5.

Hoc sic praesupposito, conuincunt omnia quae a Genuensibus ratione dicti laudi pro se adducuntur, nam primo retorquentur, quod Genuenses asserunt per inuestituram Maximilianii & Caroli Quinti nullum illis fieri potuisse praedictum, nam iam illis per laudum effectus quaesitus sic enim in proposito de conuerso dicitur, quod per compromissum non poterit fieri praedictum ipsi imperio, cum ex inuestitura Caroli. 4. appareat, quod directum dominium eius partis status Finarij de quo compromissum fuit penes Imperium vtile, penes vassallos inutiliter compromittentes, non enim potuit per compromissum fieri directum domino praedictum, cum vassallis alium recognoscens in dominum non priueter verum dominum, nec dominio suo, nec possessione ut habetur late per Doctores in cap. verum de foro competente. Amplius etiam dici non potest inuestituram Maximilianii fuisse clam & obreptitiam impetratam, nam tunc per Maximilianum fuerunt reuocatae alienationes & maxime illa, quae secuta est ex compromisso illo inutili & inualido. Nec obstat quod inuestitura Caroli Quarti solum faciat mentionem de duabus tertijs status Finarij, nam primo sufficit de ea parte fuisse inutiliter compromissum & per eos, qui de iis partibus fuerunt inuestiti.

Amplius animaduertendum est quod Carolus Quartus inuestiuit Georgium de Carreto ex tertia parte. Item Emanuellem & Aleramum de Carreto nepotes ex fratre dicti Georgii ex alia tertia, si ergo uera est narratio Alberici dicitur quae supra videlicet, quod Antonius tertius frater super statu Finarij contentione habuerit, cum duobus suis fratribus, cum Georgio (quem Albericus ibi expresse nominat) & cum parte dictorum Alerami & Emanuellem, nihil potest uero tam esse simile, quam quod iam dicti duo fratres sine per decisionem iudicis, sine etiam per viam concordiae (vt vult Alber.) causam suam contra. d. Antonium tertium fratrem obtinuerint, & sic pro duobus tertijs fuerunt deinceps a Carolo. 4. tamquam domino feudi inuestiti constat enim Albericum fuisse contemporaneum Bartol. ut attestatur Ioannes Baptista de Sancto Seuer. in Tracta. de modo tradendi. Bart. autem iuxta

tempore Caroli Quarti, fuitque eius consiliarius, vt ipsemet gloriatur in Tracta. de infig. & armis, & haec coniectura longe probabilior est, quae coniectura Genuensium, dum existimant dictos Georgium, Aleramum, & Emanuellem, inuestituras suas contra sententiam, quam Antonius uigore praegati reportasse autumant obtinuisse, per hanc enim concluderetur praesumptio delicti, quae tamen per illam excluditur, & sic illi longe erit praeredita et semper in dubio capiatur illa interpretatio, quae exclusiua delicti est. l. merito pro socio Bar. & Doctores in l. non solum. §. sed & reprobati, de no. op. nuncia. quo statu, facile de inde potuit contingere, quod post inuestituram Caroli Quarti illa portio Antonij, siue iure successione, siue ob aliquod delictum Antonij vel eius successoris, siue ob non petitam inuestituram ab ipso Antonio siue titulo alienationis, seu etiam iure accrescendi, ad lineam dicti Georgij ex inuestitura Impera. Maximilianii, quae postea subsecuta est, totum statum Finarij vna cum Castro Franco complectitur, quae etiam hoc remanebit tanto ualidior, quia in huiusmodi factis antiquis, in quibus omnibus alia probatio difficilis est, plurimum ualent coniecturae, iuxta not. per Innocent. in ca. tenies, de uerborum significatione iun. et. not. per Angelum in l. si quis ex argentarijs. §. Prator. ff. de edendo multu. etiam obseruatur illa coniectura, ex quibus sustinetur ualiditas actus, iuxta notata per Baldum & Ioannem de Imo. in l. cum in testam. §. haec uerba. ff. de hered. Inst. imo si ex alia causa Genuensium inuesturas dicerent subreptitias & obreptitias, cogentur hoc probare, cum. n. f. subreptio, & obreptio dicatur crimen, & dolus ideo per eum, qui crimen obicit debet probari. l. quoties. §. qui dolo. ff. de probat. Et in terminis, quod obreptio & subreptio probanda sit ab opponente, habetur per Ion. Andr. in cap. 1. de litis contestat. in. 6. Abb. cap. fin. colum. fina. de praesumpt. Felinus in cap. ex lite ris num. 19. de probat. Dec. in cap. porrecta num. 3. de confirmatione ucti & inutili. Oldr. consil. 209. num. 9. & 10. Paris. consil. 3. num. 30. vol. 4. Crauet. consil. 68. num. 9. Praeterea, quia inuestiturae ipsorum Imperatorum, non solum sunt geminatae, uerum etiam quintuplicatae: & in illis quoque insertae clausulae motu proprio ex certa scientia & non obstantibus, Cessat inde omnis obreptionis & subreptionis opponendae materia, iuxta ea quae habentur per doctores. l. praescriptione. C. si contra jus vel util. publ. in l. rescripta & in l. nec da-

mnosa. C. de precibus Imperator. offer.

113 Quibus accedit, quod transumptis per Genuenses non potest haberi fides in iudicio, etiam quod illa facta sint mandato & auctoritate iudicis. Nam, ut transumpta probent in praedictum contradicentis, non hoc sufficit, quod fiant auctoritate iudicis, sed etiam requiritur, ut aduersarius, (si is certus esset) specialiter ad hoc citetur; Alexander. Dec. & alii in auth. si quis in aliquo. C. de edendo, Alexand. in consi. 112. incipit in causa & lite in princip. in. 4. volum. vbi etiam alia requisita ennumerat, quae omnia omisa sunt in proposito.

114 Quod uero attinet ad praescriptionem allegatam per Genuenses, dicitur, primo contra dominium feudi, hoc est contra ipsum dominum Imperatorem & Imperium Romanum, nullius temporis currere praescriptionem, probatur hoc per text. in cap. 1. §. praeterea de Capi. Corrad. vbi dicit textus, quod liceat dominis omnes alienationes feudi factas, nulla obstante praescriptione reuocare, ad idem est textus in capitulo Imperialem, de prohib. feud. alien. per Fred. vbi Fredericus uolens plenius prouidere circa prohibitionem alienationis feudorum uassalorum, dicit illicitas citationes haecenus impetratas, hac praesenti sanctione cassamus, & in irritum deducimus, nullius temporis praescriptione impediēte glo. in cap. 1. in uerbo beneficio de prohib. feud. alien. per Lothar. dū ibi dicitur, beneficium dominus recuperabit, nulla praescriptione obstante, quia, quod ab initio temporis non ualuit, tractu temporis confirmari non potest Andr. de Iser. in d. §. praeterea, expresse reprobandos glosas ibi, idem uoluit Cardin. Alexand. in §. quid ergo, de inuestitura feudi de re aliena facta, vbi uult, quod si conuassallus tradiderit rem feudalem tertio, & ille possederit longo, uel longissimo tempore, non habebit locum praescriptio, idem Praepositus in d. §. quid ergo, Bartho. Socin. in consi. 86. incipit, in ea communitatis Castri. colum. tertia. uerfic. tertio. & ultimo, prima parte, cum pluribus, qui eodem consilio subscriperant, pro quo facit, quod illa iura feudorum supra allegata, loquuntur indistincte & ideo indistincte debet intelligi, maxime attēta causa prohibitionis, iuncta reuocatione alienationis bonorum feudaliū respicientē publica utilitate. c. prohib. feud. alie. per Lothar. ibi per quod Imperij minuatur utilitas, quae ratio, ita militat in longissimi sicut in legi temporis praescriptione, cui accedit signum uerisimile negatiuum

positum in d. §. praterca, dū dicitur, nullius temporis, quæ omnem omnino præscriptionem videtur excludere, argumēto eorū, quæ habentur, per Abb. in ca. graue, de offic. ordin. in c. cap. pastoralis extra eodem, & per Sordinū in loco præallegato, & per d. cap. Imperialem excludit etiam longissimi temporis præscriptio, probat per decem argumenta Io. Angel. de Bisutio in consil. suo posito inter consil. Zafi. xv. in ij parte. Næc obstat. l. omnes & l. sicur. C. de præscript. 30. vel 40. annorum, quia non extendi poterunt illæ leges ad casum, quo specialiter inhibita est præsumptio, cum in toto iure communi generi per speciem derogetur. l. in toto. ff. de regulis iuris, nec ad prouisionem potentiorem maxime feudalem, cum regulariter causæ t̄ feodorum, non regulentur secundum regulas iuris communis, potissimum si casus sit in libris feudorum decisus, Bal. Aluarot. in c. 1. in prin. de success. feud. Ad glo. verò, in d. §. praterca pluribus respōdet Ang. de Bisutio in præallegato consil. quare breuitatis studio omittuntur, & sic possent negari præscriptionem aliquam in materia feudali locum habere.

117 Secundo concessio, quod præscriptio etiam in feudis locum habeat, minor tamen centenaria non sufficit, vt habetur per And. de Ise. in d. cap. praterca, contra glosam ibi, quam etiam cōmuniter probatam esse attestat Matthæus de Aflit. ibi & opinionem Iserniae cōmunem esse dicit Cur. Iun. in tract. feu. in. 4. parte in vlt. causa priuationis in prin. nu. 82. ideoq; si maxime credatur instrumentis productis per Genuenses, non tamen probatur de possessione centum annorum, cum tamen cōtra Imperium siue simus in bonis feudilibus, siue allodialibus non proficit breuius tempus centum annis. l. fin. auth. quas actiones & ibi doctores. C. de sacro san. eccl. ijs, & ibi per doctores allegatos, pluribus per Franc. Balb. in tract. de præscript. 1. q. 2. partis quartæ principalis partis.

Tertio considerandum est etiam, si Genuenses vel immediate ex dicta sententia vel etiam mediate præscriptione post insecuta, plenum vel perfectum status Finariensis dominium acquisiuerint, tamen illud deinde rursus præscriptione causata ex inuestitura Imperatoris Maximiliani fuisse extinctū. Quod autē præscriptio hæc habeat omnia, quæ de iure ad præscriptionem requiruntur, patet. Nā in primis, quod attinet ad titulum Marchionis, habet titulum feudalem, de quo ex ipsa inuestitura 118 apparet: Imperator verò habet titulum ex t̄ se

tentia confiscationis, qui quidem titulus sufficit ad præscriptionem, nõ obstante, quod sententia per se nulla effect. l. Pomponius. §. si iustus. ff. acquir. poss. vbi doct. Balb. in tractatu de præscriptioni. in. 1. q. 1. partis principalis, deinde habet etiam titulum pro suo.

Nam ex inuestitura Caroli. 4. tamquam ex instrumēto valde antiquo dicitur dominium Imperij plene esse probatum, & etiam inter alios, iuxta ea quæ scribit Corneus conf. 161. vol. 1. Soc. conf. 86. col. 1. vol. 1. & col. 87. col. 2. vol. 2. & latus Ruinus in conf. 14. num. 7. volum. 4. Vnde posito quod Respub. Genuensis, post Carolum. 4. præscripsisset illud dominium contra Imperium, tamen postea, quādo possessio redijt ad Imperatorem, tamquā antiquum dominium, Imperator dicitur possidere pro suo t̄ talis titulus præscribit causam præscribendi, vt not. Gul. de. Cun. in. l. si quis emptionis in. 2. q. C. de præscript. 30. vel 40. annorum, quem refert & sequitur Bal. in cap. 1. §. si quis per triginta, si de feudo fuerit controversia.

Deinde quod attinet ad bonam fidem, constat, quod stantibus titulis de quibus supra, etiā si illi non essent veri sed putati & causati etiam errore iniusto, tamen t̄ bona fides præsumitur, iuxta ea, quæ plenissime habentur per Bar. & doctores in. l. Celsus. ff. de usucapion.

Praterca, quoad possessionem illam, nõ difficulter probatur ex ipsa inuestitura Maximiliani, vbi dicit Marchionem Alphonsum auum istius Marchionis, possidere in presentiarū dicta bona, & auctores quoque suos ea possedisse, assertioni enim t̄ principis in tali casu credendum est, iuxta tex. in Clem. 1. de probat. & hoc maxime hic locum habet, attento quod Imperator Maximilianus attestatur se de hoc negotio habuisse plenam scientiam & notitiam, quo casu creditur assertioni Principis, etiam super facto tertij, etiam dato quod nõ effemus in antiquis, ut per Ioan. de Imol. in. d. Cle. 1. per Ang. in conf. 363. col. 1. nu. 2. Et quoniam ex literis Maximiliani constat de inuestitura ipsius Marchionis, constat etiam de seruitijs & iuramento à Marchione præstato, etiam in hoc ipso dicitur probata possessio, quemadmodum alias probatur per cōcessionem in emphyteosim, & t̄ præceptio nem pensionis, quando non constat, quod tempore solutionis alius possideret, Bart. in l. qui vniuersas. §. quod per colonum & in. l. quamuis. §. 1. ff. de acquir. poss. & est communis opinio, vt per Imol. & Aret. in. d. 9. quod per

per colonum, qui addit, quod in dubio non præsumitur, quod alius possideat eo tempore, sequitur Ruin. conf. 14. nu. 5. vol. 2.

Postremo quod attinet ad continuationem possessionis stantibus supradictis, stantibus etiā inuestituris Caroli. V. & illi possessione quam modernus Marchio nuper notorie habet, sequitur quod etiam t̄ continuatio illa erit probata, imo etiam non probato possessionis initio dicitur & medium tempus probatum glo. in cap. volumus. 16. q. 4. Anto. de Butrio & Imol. in proceum decretaliū Bart. Rui. & Claud. in. d. l. Celsus cum allegatis per Ruin. in. d. conf. 14. num. 5. & sic in hoc casu omni respectu procedit præscriptio.

E conuerso, non obstat, quod Genuenses ad legat̄ auctores huius Marchionis fuisse in mala fide eamq; malam fidem adeo nocere ipsi Marchioni, vt nec præscriptionem inchoare nec inchoatā perficere potuerit. Nam ad hoc responderetur quoniā Genuenses malam fidem, & solam sententiam arbitramentalem inducere conantur, quæ vigore præteriti compromissi lata esse dicitur. hætenus non est probatū, quod Marchio iste ab illis qui compromissum fecerunt, decesserit. Quamuis enim illi appellerentur hoc nomine de Carreto, tamē

125 satis constat t̄ familiam de Carreto in Italia valde esse diffusam, & forte adhuc aliqui super sunt ex illa familia, qui hunc Marchionem Alphonsum aliquo agnationis gradu attingūt Deinde posito quod ab illis descenderit, qui compromissum illud fecerunt, tamen ex inuestitura Maximiliani constat, quod Alphonsus Senior huius Marchionis auus statū Finarij ex nouo titulo ex immediata concessione Imperatoris Maximiliani, qui pretebatur illum statum, ob indebitas alienationes ad se esse deuolutum, obtinuit, vnde sequitur, quod t̄ mala fides defuncti, non nocet successorī volenti præscribere ex titulo, quæ à tertio, non autem à defuncto sunt possessa Bal. in. l. eum qui. §. in hac de Publicia. Rom. & Iaf. in. l. Pomponius. §. cum quis de acquir. poss. Bal. in tract. præscrip.

Quarto (& in hoc diligenter aduertendū est) Marchio iste nihil aliud præterdit, nec prætereundum potest, nisi vtile dominium, de isto autē utili dominio in presentiarū non potest esse questio, nam ex literis Genuensium anno. 1482. ad Alphonsum Seniore scriptis quarum copiam ipsimet Genuenses exhibēt aperitissime colligitur, eos nõ diffiteri, quod vtile illud dominium ad Alfonsum spectet, cum nihil aliud petant, quam, ut Alfonsus

id ab eis recognoscat, nota ergo questio est de directo dominio dūtata, vt, vtrū illud ad Rempub. Genuensem, an potius ad Imperiū pertineat, in quo constanter dicitur & repetitur dominium illud directum, posito, quod antea apud Genuenses fuisse, tamen deinde ad sacrum Romanum imperium, saltē ex præscriptione per Imperatorem Maximilianum inchoata, perque eundē spatio. 10. vel. 20. aut saltem per Imperatorem Carolū Quintum spatio. 30. uel. 40. annorum perfecta pertinuisse, & adhuc pertinere, ideo in tali casu nequaquam obstat mala fides a Genuensibus allegata, cum enim t̄ mala fides nihil aliud sit quam rei alienę scientia. l. si quis fundū. ff. de acquir. poss. cum que Genuenses præteriti sui dominij proxi & puppi, ut ita loquamur in sæpe dicta sententia arbitramentali constituant, nõ puto in æternū ab ipsis probari posse, quod ullus ex Imperatoribus Romanis prædecessoribus Maximiliani, ullam scientiam dictæ sententiæ habuerit, & posito q̄ aliquis habuisset non tamen inde requiritur, quod Imperator ille sciuisset rem esse alienam. i. ad directum dominium Genuensium spectare tum quia per sententiā t̄ nõ transit dominium secundū in glo. in. l. exceptio. ff. de excep. rei iudicatæ idq; præcipue in sententiā arbitrali tradit Bal. in. l. fin. §. fin. ad finem. C. communia de legatis, tum etiam quia non obstante illa alienatione, quæ a Marchionibus de Carreto in Genuenses per viam compromissi facta esse dicitur, posito quod aliter illa t̄ alienatio de per se fuisse ualida, saluum tamen remanebit ius & directum dominium Imperij, ut concludunt And. de Her. Aluarot. Præpos. in cap. Imperiale in principio de prob. feu. ali. per Feder. non enim potuerant Marchiones de Carreto directum dominium in Remp. Genuen. transferre, cum ipsimet illud nõ haberēt. ne mo plus iuris. ff. reg. iu. neq; debebat Imperiū t̄ iure suo sine causa priuari, capit. satis peruersum. §. 6. dist. cap. iniustum. 16. q. vlt. cap. quæsiuit de his quæ fiunt a maior. por. cap. fancimus. cap. de penis.

Vltra omnia prædicta & sic dato, quod aliquis Imperatorum prædecessorū manifeste fuisset in mala fide, tamen illa mala fides non nocuisset Imperatori Maximiliano, tamquā successorī, attento quod successio illius, non fuit in hæreditate, sed potius in officio & dignitate, iuxta ea quæ habentur per Abb. in cap. iura. de iure patr. per eundem & alios in cap. de quarta de præscrip. per Baldum in tractatu præscriptio. in. 12. quæst. 2. partis. 3. partis

tis princip. nu. 15. postremo, posito, quod nō solū prædecessores Maximiliani, verū etiā Maximilianus ipsemet in mala fide fuisset (quod nunquam probatur) tamen aduertendum est, quod dū Genuenses ui & armis Marchione de possessione sua naturali, quam habuit, tā quam feudatarius deiciunt, dumque Genuenses negant statum Finarij a sacro Imperio descendere, sequitur, quod Genuenses ex hoc non solum ipsum Marchionem, verum etiam Imperatorem sua possessione ciuili, quam habet tamquam dominus feudi iuxta not. in l. 3. §. ex contrario & in l. naturali in princip. de acquir. poss. quantum ad ipsos est spoliare conatos fuisse, quemadmodum in simili, quādo vniuersitatis iurisdictionis expellitur de possessione a tertio, idq. fit eo animo, ut uterque & sic etiam dominus sua possessione priuaret, uterq. dicitur spoliari, & utriq. competit actio iuxta glo. in l. si quis in tantam. C. unde ui, quā ita ibi declarat Bar. & Sali. sequitur Marcus Ant. Natta in conf. 101. nu. 2. lib. 1. ex quo inferitur, etiam si Genuenses ante hac fuissent veri indubitati domini, tamē propter uiolentiā ab illis illam Imperator qui ultra 30. annos rem possedit, dato quod esset in mala fide, tamen haberet contra Genuenses, nō solum remedium possessionum, verum etiam rei vendicationem, ut est casus quem Bart. ibi dicit esse singularem, & perpetuo notandum in l. si quis emptionis. §. sed hæc super illis. C. de præscript. 30. anno. habetur per Baldum tract. præscript. in 6. quæ secundæ partis princip. num. 7. tacemus hic de præsumptione Caroli. V. quæ & ipsa spatio 30. annorū omni iure completa esset, cum de mala fide Caroli nunquam possit edoceri.

Non obstat, quod vltimo loco Genuen. allegant, priuilegium Henrici, quo cautum esse dicitur, quod contra Remp. Genuen. nō habeat locum nisi centum annorum præscriptio. Ad hoc enim, primo respondetur, quod per priuilegium nō potest tolli præscriptio vel ei derogari, nisi adfit clausula non obstantibus vel ex certa scientia, vel de plenitudine potestatis, vt per doctores omnes in authent. quas a cōsulis. C. de sacro sanct. ecclesijs, & late per Antonium in conf. 15. in 2. dubio, quarum tamen clausularum nulla mentio est in priuilegio quod a Genuensibus exhibitum reperitur.

Deinde considerandum est, quod Alfonso Senior titulum habuit ab Imperatore Maximiliano, quia propter, non solum præscriptione iuris communis 30. vel 20. annorum,

135 verum etiam speciali illa præscriptione de qua. in l. bene a Zenone. C. de quad. præscriptione securus esse potuit, & hæc sanè præscriptio per præsentum illud priuilegium Genuensium, quod in genere dumtaxat de præscriptione mentionem facit, non potest dici esse sublatā: nā lex generaliter loquens, nō intelligitur loqui in casibus specialibus, vel habentibus specialem fauorem. glof. in l. sciendum in princ. vbi Bar. & alij. ff. qui satisf. cog. cum alijs allegatis quod Iaf. in capit. 1. in 3. not. ff. solut. matr.

Quamuis reuera (vt supra diximus) quod ad Marchiones Finarij attinet, res hæc omni scrupulo careat, quia illorum vitale dominiū non potest esse controuersum, quod verò attinet ad directum dominium Imperatoris, quod diximus ab Imp. Maximiliano præscriptum, si antea ad Imperium non pertinuisse, similiter non obstat iam allegatum priuilegiū 136 Quia cum Genuenses priuilegium illud ab Imperio habuerint, non possunt eo contra ipsum Imperium vti. lamicissimos. §. fin. de excus. tuto. Ex illis omnibus demonstratur Genuenses aliquod dominium siue vitale, siue directum in statu Finarij præterdere non posse.

Sequitur itaque vt propius ad iudicium possessionum a Marchione institutum accedamus. est autem in hoc iudicio possessorio eo usque processum, quod per Marchionē de Carreto fuerit productus libellus summarius, adductis statim probationibus, procurator verò Genuensium sufficienti mandato. Instructus citatus comparet, libelli copiā sibi dari petijt. Deinde etiam libello respondit, nihil ad suam defensionem proposuit, vt expresse fatetur, & refert ipse procurator in scriptura presentata. 13. Decembris. 1559. Incip. Mag. Dominus Octavianus de Nigro.

Uterius proposuit procurator Genuensium positiones, quas medio iuramenti calumnie in animam suorum principum se ut eas credere dicit, petens per Marchionem Finarij eis consimili iuramento medio responderi, & si respondere differat cum illos habere pro confelsis in iudicialis cōfessionis, ut habetur in secunda scriptura, incip. Mag. D. Octavianus de Nigro.

Item in ea scriptura, quæ incipit Mag. D. Octavianus de Nigro proposuit idem procurator articulos probatorios petens sibi assignari dilationem probatoriam iurans se non petere dilationem calumnie, sed credens necessariam rogans partem citari ad videndū verba

verba exhibitā, & ad faciendum interrogatoria, item constituit procuratorem in statu Genuæ, qui uideat iurare testes.

Deinde Marchio opposuit exceptiones cōtra articulos probatorios, asserens illos impertinentes irreleuatores, quorū probationē non esse admittendam concludens, tam in negotio reiciendum articuloꝝ, quā in causa principali.

Ex parte procuratoris Genuæ aliud subsecutum non est, quāquam extra iudicium per literas ipsius Reipu. & per se procuratorem a sua Maestate petierit torā causam remitti ad iudices Genuenses, cum tamen antea sit tantum, quo ad dimidiam partem status Finarij de incompetencia protestatus, vt habetur in scriptura exhibitā, incip. cum excelsa Respu. Genuens. quæ petitio, cum esset per Maestatem sua reiecta, statim ex speciali mandato Reipu. appellatum fuit per procuratorem Genuens. a sua Cæsarea Maestate ad summum Pontificem, quæ appellatio planè fuit repulsa, & ipsi procuratori restituta, post quæ omnia ipse procurator ab aula recessit, cum ergo & Resp. & procurator eius sit cōtumax, vere apparenter existens, vt quia plusquā fatis dixit, se non uelle venire, viq. nec is nec Resp. amplius citanda est, sed potest, ac debet contra illam procedi, & sententiam diffinitiuam proferri. C. eum qui. de dolo, & contu. vbi tex. proprie loquitur in eo, qui appellat ut ab interlocutoria, volens, quod talis debeat protestari, se nolle coram iudice de cetero litigare, et quod ob hoc non sit amplius citandus, dem in Clem. 1. de dolo & cōtum. Iafon post. Bart. in l. qui Romæ. §. Seia num. 21. ff. de verbo. obligat. Succedit itaq. vt sua 137 Cæs. Maestas suppleat vices t absentium inuestigado negotio, & rei veritate, cum absentia litigatoris Dei presentia repleatur. l. & post. in prin. & §. 1. l. proferandum. §. fin. autem reus. C. de iudicijs.

Cum itaque Marchio Finarij proposuerit exceptiones contra articulos probatorios Genuensium, procurator verò nō replicarit nec super hoc puncto cōduxerit, suppleda erunt eius vices, & examinandū, an illi articuli sint releuantes, & consequenter an super illis ex officio recipiendæ probationes.

Primo autem ponit, & asserit Procurator Genuen. quod Castrum Gouonis à tempore immemorabile sit, & fuerit fortissimum. Ille articulus dicitur non esse releuans, cum non agatur solum de restituendo illo castro, sed de restituendo toto reliquo statu Finarij de resti-

tuen dis bonis mobilibus ablati, de damnis, & interese, quorum respectu, castrum illud erit minima pars eorum de quibus est contro uersia: amplius supra late deductum & probatum fuit, etiam si castrum sit fortissimum, quod tamen ex eo capite in proposito nō impediri possit iudicium possessionum, & restitutio in eo iudicio faciendā, frustra ergo petit, se admitti ad probandum, quod probatum non releuat.

Secundo & tertio loco ponit & asserit procurator, quod ab anno. 1480. vsque ad. 1529. fuerint partialitates inter ciues, & sic fuisset impossibile facere exercitum pro recuperatione, & quod ab anno. 1529. citra Respu. fuit impedita in reformatione status, & exhausta pecunia, quod non potuisset recuperare. Quod ad hos duos articulos attinet, supra deductū fuit, quāuis de nouo fuerit Reip. oblata occasio occupandi, quod tamen hoc ei facere non licuerit, cum Genuenses non possint dicere se interea retinuisse ciuilem possessionem, cum habuerint copiam iure experiendi & maximè, cū deductū fuerit Genuenses nullum penè habere ius, nec in parte, nec in toto statu Finarij, ita vt de eorum iniustitia videatur de facto & de iure notoriè constare.

In quarto quinto & sexto articulo, ponitur qualiter subditi rebellauerunt contra Marchionem dominum suum, & quod aliqui sciam Gallis dederint, cum tamen & circa hoc supra deductū fuerit, quod in eo subditi non solum non iuuandi erant, sed potius sedandi sicut hoc Reip. consultum fuit per oratorem & agentem. S. Cæs. Maestatis & Regis Hispaniarum, imò non potuisset vassallus ipsorum Genuens. de facto, non præcedentibus monitionibus priuari & expelli etiam si omnia vera fuissent, quæ asserunt subditi, nedum Genuenses non delato prius negotio ad suā sacra Cæsareā Maestatem potuerint vna cum subditis spoliare vassallum Imperj Romani.

Septimus de metu Gallorum positus est. Hic ultra illud, quod marchio in exceptionibus suis proposuit, constat notoriè, iam planè sublatam esse causam illam, cui accedit notorium esse de iure, quod ob hoc non potuerit auferre rem suam a sua possessione eij: præ possessorem, imò sicuti consultū fuit a predicto oratore ipsi Genuensibus, potius debebant esse solliciti de sedandis illis tumultibus subditorum, quā consilium illis datum fuisse, ut fatetur Resp. in literis ad S. Cæsareā

Maieftatem tertio idus Decembris anno. 1558 datis, & per Marchionem reproductis.

Octauus & nonus articulus propofiti, sunt de Caftro Franco, qualiter tunc fuerit omnino destructus, & quod fitu est intra Coruū & Monacum. Hos duos articulos cōfiteatur ipse Marchio in fcriptura, incipiente in iudicio inretato, & ftante euidenti, & fic non egent ulla probatione. Quod autē fit penitus irreleuātes fupra fati deductum fuit, dum locuti fumus de priuilegio Maximilianī, faciente mentionem de Coruo, & Monaco, & fufficit, q̄ Castrum Francum fit pars status & eorum bonorum, de quibus per Carolum. 4. inuestiti funt illi, qui postea compromiserunt, pro vt hoc expresse habetur fpe in allegato laudo & sententia arbitramentali.

Decimus, & vltimus articulus propofitus est quod Marchio Finarij spōte nullo metu precedente depofuerit statū Finarij penes And. Auream. Hic de contrario apparet manifeste & notorie, primo ex propria confessione ipsorum Genuensium, cum in informatione, quę incipit. Genua Ciuitas, referant, quod subditi excitarint seditionem, & quod contra Marchionem, habito pleno consilio decreuerint bellū gerendum, & quod expedita ad eam rē fuerit pecunia, conscripti milites, preparata tormenta bellica. Item obuiam itum, & repulsi, qui Marchioni volebant ferre opem, quod ceperint conuassare moenia castrī Gouoni, quo inclusus erat Marchio, & quod post illa omnia fuerint in ita illa Capitula prius prescripta ab ipsis Genuensibus, quę tamen recusauit Marchio ab initio, vt habetur in responsione Marchionis transmissa ad suam Cæsaream Maieftatem per Gomefium Schvvam de Figueroa in qua Marchio prouocauit ad Imperatorem & Imperium Romanum profittendo se statum Finarij ab imperio recognoscere, & quod non deberet eo spoliari, nec cōpelli ad eum deponendum.

Item de causa depositionis & quod illa nō fuerit sponte facta, apparet per ipsa Capitula in ita & firmata sicut ipsi Genuenses illi prodixerūt, in quibus inter cetera habetur, quod inter agentes Reip. & Marchionem Finarij orta fuerunt contentiones, & discordiæ ac bellum occasione Marchionatus Finarij & iurisdictionis eius, quod bellum non potuit esse in sum, cum iudicis copia fuerit, & status nullo iure ad Rempub. pertineat. cum ergo Bellum a Genuensibus coaptum & per capitula illa fedati, vt ibi dicitur, & habetur. In literis Reip. 3. idus Decembris ad dictos, ann. o. 1558. Dum

dicunt, se per illa Capitula, ut arma deponebant, sequitur manifeste, non sponte, sed coactē Marchionem depofuisse statum penes Andream Auream, cum ergo Genuenses hęc omnia præcepisse fateantur, dicitur de ipsis constare notorie capi. finali. de cohabitatione clericorum & mul. cum similibus supra adductis, facti. l. cum te. C. de transactio. per Alexand. consil. 223. incip. viso & oport. num. 15. 2. vol.

Quibus accedunt præcedentes & subsequentes protestationes ipsius Marchionis in actis productæ, cū reclamatione, in qua Marchio hucusque continuo remanfit, per quę talis declaratur animus eius præcedens, & quod statum Finarij non fua sponte depofuerit, faciunt, quę habetur per Carolum Rui. in supra allegato consilio. 42. in. 4. vol. Imo si per Genuenses nulla vis illata, sed Marchio statum propter subditorum seditionem, vt scilicet ea sedaretur depofuisset, vel ex alia quauis iniusta causa possessionem amisisset, haberet tamen locum remedium cap. reintegranda ad omnia indebite facta (vt supra plenus deductum fuit) restituenda. Sic ergo articulus ille penitus contra ea de quibus apparet per propriam confessionem facti proprij ipsorum Genuensium, quo casu nulla admittitur probatio, Bart. in. l. non fatetur. ff. de confessis, Corneus in consil. 114. incip. licet in hac consultatione numero. 13. & num. 15. in primo volumine. item est talis articulus, qui probatus non releuaret, ideo pariter probatio nulla admitti potest. l. ad probationē. l. i. in. ff. de prob. & habetur late per Corne. in consil. 87. incip. circa primum est animaduertendum in fin. in primo vol. Ex quibus omnibus. concluditur reijciendos esse articulos productos per Genuenses, & quod nulla super illis probatio recipienda est.

Cū verò procurator Genuensium contumax non exceperit contra probationes ipsius Marchionis, sequitur examinare, an probata sint ea, quę pro victoria in iudicio possessorio re portando Marchioni probanda incumbēbat. dicitur autem, quod in remedio treperanda possessionis hæc duo fufficiant probari.

Primo possessio eius, qui spoliatus dicit. Secundo spoliatio, vel amissio possessionis ex causa iniusta, nec est necesse probare, quod possessorium ad eum peruenit, qui vim fecisse dicitur, nec necesse est, quod probetur ipsum contra quem agitur vim fecisse, sed fufficit, quod fecerit per suos, ita habetur in. l. i. in princip. in. §. interdictum autem & ibi

ibi de hoc glos. Magistralis. ff. de vi & vi arma ta, Imola in cap. qualiter lo. 2. extra de accus. glos. in cap. consultationibus extra de officio deleg. & in illis locis late de hoc scribunt doctores, ad quos breuitatis causa nos remittimus.

Ceterum ex hætenus deductis apparet per confessionem ipsorum Genuensium, & ipsam met capitulationem per Genuenses productam, hæc omnia manifeste probari, fatentur enim in informatione, incipienti Genua ciuitas & c. quod Marchio præses possederit Marchionatum Finarij, sub se continentes plures villas, idem habetur in ipsis capitulis in principio. Item fatentur, dum dicunt Marchionē possessorem male tractasse subditos, item in literis datis tertio Idus Decembris anno. 1558. dum referūt operam dedisse, vt arcē quādam, quam Alphonsus munitam tenebat potiri liceret, & in infinitis alijs locis, vt habetur in processu.

Quod autem ipsa Respub. Genuæ eiecerit Marchionem probatur pariter ex ipsorum Genuensium confessione. Nam in dictis literis datis tertio Idus Decemb. anni. 1558. & in informatione, quę incipit Genua Ciuitas, dicunt, quod subditos Marchionis subleuatos in suam tutelam receperint, quod pleno consilio conuocato bellum Marchioni indicendum decreuerint, quod in eam rē pecuniam expederint, milites conscripserint, eos, qui Marchioni auxilium ferre volebant repulerint tormenta bellica preparauerint, muros cōquassare ceperint, quod eo res deducta fuerit vt dubitari non posset, cum ipsum Castrum

cui Marchio inclusus erat, in potestatem Reipublicæ deueniret & propterea quod Marchio confenserit statum depone in sequens, Respublica arma depofuerit. Tum quod in capitulis illis continetur q̄ Andreas Auria, non solū nomine Marchionis, sed etiā nomine Reip. debeat detinere. Item quod And. Aur. nō possit disponere de statu nisi accedente consensu ipsius Reip. Item quod Marchio de facto vna cum suis debeat exire Castrum, atque hæc omnia probantur ex ipsorum Genuensium confessione, vt iam dictum est, quę cōfessio facti proprij satis est, quę faciat notorium, & quę nullam admittat probationem in contrariū, ita ut non, tam plene, quā potius plenissimē probata sint omnia, quę in iudicio possessorio probari debent, cum iudicatur, quę in possessorijs non requirantur arte probationis Bar. in. l. i. ff. quorum bonorum, habetur per Cor. in consil. 172. incip. primus consultationis articulus nu. 24. in. 2. vol.

Superest ergo toti negotio, vt per suā Cæsaream Maieftatem contra ipsos Genuenses, feratur sententia in fauorem ipsius Marchionis qua non solū condemnentur ad restituendū ablata ad relaxandum ex parte sua sequelstrum, verum etiam ad præstandos & soluendos fructus nō iam perceptos sed qui percipi potuissent. Item ad restituendas expensas interesse ad damnum, quod passus Marchio propter illā defectionem. cap. accedens, & ibi Abbas. extra vt lite non contestata. ca. grauis de restitutione spolia. & habetur plenus per Ripam in. l. naturaliter §. nihil commune nu. 50. ff. de acqu. poss. Laus Deo.

SVM MARIVM MOTIVORVM QVATVOR BLECTORVM VENETORVM COLLEGI TICINENSIS.

- 1 Imperator an index competens inter Remp. Genensium et Marchionem Finarij.
2 Imperator, qui se non subesse dicit, probare debet.
3 Imperatorem semper fuisse in quasi possessione superioritatis status Finarij.
4 Imperatorem posse in causa propria sibi iudicare.
5 Genuam Civitatem liberam esse.
6 Genua fines quo se protendant.
7 Antonioti Adurii Genensium duci laudum.
8 Privilegium Genua, ut conquerente de Civitate Genua suum adeat ordinarium.
9 Praescriptio sola centenaria contra Remp. Genensium cur vere potest.
10 Argumentum ab extremis non concludere.
11 Privilegia sine praedictio tertiij intelligi.
12 Privilegium generale non praedictat privilegia specialia aliterius.
13 Finarium quos suos habeat.
14 Praescribens iurisdictionem contra imperatorem non privatur sed cumulatim dicitur praescribere.
15 Privilegiorum interpretatio specialis concedenti.
16 Succedens in ius alterius iure illius tantum vitur.
17 Praescriptio temporis immemorialis requiritur cum de praescribendis regulibus agitur.
18 Malafide possessor hodie non praescribit.
19 Declinatoriam non potest amplius proponere, qui semel co sensu in iudicem.
20 Persona loquens in generali sermone non comprehenditur.
21 Conventus potest in loco delicti, qui alius ex privilegio alio in loco conveniendus est.
22 Praescriptio. 30. vel. 40. annorum ex Privilegio non tollitur, nisi adfit clausula, non obstantibus &c.
23 Praescriptio. 20. annorum reddit possessorum tuorum.
24 Probanda quae sunt in remedio canonis Reintegranda.
25 Sequestro an sua possessione prius tractat possessor.
26 Spoliatus contra spoliatorem, qui non possidet nunc agere potest ad restitutionem, possessionem, & ad damna & expensas.
27 e. examinata de iudicij declaratur.
28 Actio quod metus causa est in rem scripta.
29 Spoliatus consentiens agi petitorio non restituitur ante omnia.
30 Spoliatus fortitio, in castro, vel oppido munito & forti an restituitur ante omnia.
31 Spoliatus exceptio natorij objici potest.
32 Spoliatus in compulsa abies an possit.
33 Spoliatus ante omnia restitui debet.
34 Possessor quando agi potest in petitorio.
35 Petitorium ante litem contestatam per actorem potest suscipi & petitorio agere.
36 Castriam in expugnabile dicitur inspecta personam qua

- litae.
37 Castro spoliatus, cum adversus bellica tormenta non possit se defendere expulso dicitur.
38 Titulus ex sententia praestat, est legitimus, ad praescribendum.
39 Notorium dicitur, quod probatione indiget.
40 Citandus amplius non est, iuris contumax.
41 Probationes non recipiuntur contra propriam confessionem actus probatur ex precedentibus protestationibus.
42 Spoliatus Castro an occupatori expensis in castri refectioe erogatas restituere teneatur.
43 Possessor an prius iure suo, cum iniuste se possidere negat.

MOTIVA EXCITATA PER QVATVOR ELECTOS IVRECONSULTOS A VENERANDO TICINENSI COLLEGIO, dum R. Esponsum expostularet S. C. M. quid sibi fore retagendum in Finariensi controuersia.

PRIMVS erit articulus discutiendus an scilicet in causa ista sit iudex co petens Imperator, & pro parte affirmativa facit. l. de precatio. ff. ad leg. Rod. de iact. l. bene a Zenone C. de quadrien. praescriptio. l. in. l. p. C. de summa Trinit. & fide cathol. adde quod Restaur. dicit hanc esse communem in tract. de Imperat. q. 52. vide. Bar. & alios, praecipue Cagnol. in proemio digesti. & in cap. quae in ecclesiario de consil. & Dec. in consil. 388. in princ. praecipue in Italia l. Imperiali, & firmiter de prohib. feud. alie. per Frider. Restaur. in d. tract. de Imperat. q. 92. num. e. 14. & qui se exemptum dicit a iurisdictione Imperatoris id probare debet C. Adrian. 2. l. xij. dist. Bertach. in tract. de gabell. in prima part. q. 2. & in tract. de episc. cart. 91. col. 4. q. 16. num. 36. quod Imperator habet fundatam intentionem vt supra, & per Alexan. in consil. 87. in fine. lib. 6. Restaur. in d. tract. de Imperato. q. 33. num. 19.
2. Facit quia hodie, & ob anno 1496. citra 3 imperator semper fuit in possess. superioritatis dicti status Finarij, cui praefens Marchio, & eius pater, & aius dictum Marchionatum ab eo tempore citra semper recognoverunt in feudum ab Imperatore, prout de hoc extant tres inuestiturae. prima Maximiliani: Alia Caroli Quinti, de quibus in processu.
4 3. Facit, quia non videtur dubium quint Imperator sit iudex in causa propria, ac etiam in causa suorum l. proxime ff. de his qui in testa-

testamento delectant. l. & hoc Tyberius. ff. de haeredi. institut. Fel. & Dec. in capi. cum venissent de iudic. Dec. in consil. 388. & in consil. 360. Restaur. in d. tract. de Imperat. q. 91. num. 27. Gozadi. in consil. primo num. 27.
Pro contraria parte multa obijciuntur primo quod Genua est civitas libera, tum ex privilegio, tum ex praescriptione. Secundo quod imperator declaravit ex privilegio territorii Genua se protendi a Coruo ad Monachum, intra quos fines non est dubium quin iaceat status Finarij. Tertio praescriptio immemorialis, videlicet ab anno. 1385. usque. ad annum. 1482. siquidem factum fuit compromissum per illos de Carreto in Antoniotum Adurum ann. 1385. qui protulit Laudum, in quo assignavit Reipub. Genua dimidiam Finarij, quam statim dicti de Carreto recognoverunt in feudum a Reipub. Genuensi, & successione perseverauerunt in recipiend. inuelt. a dicta Reipub. & praestando iuramenta fidelitatis usque ad Alphonsum primu, qui anno. 1482. requisitus ad praest. fidelitatem prout fecerunt eius antecessores, se excusavit quod successori nonus ignorabat, quid sibi agendum esset, & deinde eodem anno accipit inuestituram ab Imperatore, & sic currebant anni. 97.
8 Quarto quod habent privilegium Imperatoris quo cauetur, quod qui vult conqueri de civitate Genua, uel aliquo eius ciue adire debeat iudicem Genua. Quinto aliud privilegium quod nulla currat praescriptio contra rem, nisi centum annorum.
Ex aduerso videtur posse replicari super hoc primo non esse insistendum, quia non agitur nunc de libertate, neque de subiectione Genua, sed de Finario, quod est quod diuersum.
Item verum non videtur secundum, quia respondetur quod argumentum ab extremis praesumptione tantum concludit, & data instantia corrumpit Bart. in l. Celsus. ff. de vfu cap. Abb. in c. accidentibus nu. 6. de privileg. sane notorie constat multos esse, qui habent feudum intra dictos fines, quae non obediunt Reipublicae Genua, ergo &c.
11 Item privilegia intelliguntur sine praedictio tertiij. l. 2. §. merito, & §. si quid a principe. ff. ne quid in loco publi. capit. veniens de praescriptio.
12 Item non derogat alterius privilegio specialij l. in toto. ff. de regul. iur.
Item ex instrumento conventionis facta anno. 1340. per Genuenses exhibitum apparet, quod Finarium habet districtum separatum a finibus Nauli ad fines Petrae.

Ad tertium respondetur, quod dato, quod villa cucurrerit praescriptio intelligitur cumulatim cum Imperatore non autem privatur, Angel. in l. haec autem in fin. ff. de feru. vrb. praedio. nec per hoc potest excutere iurum subiectionis quin dicatur recognoscendus Imperator respectu Finarij, Abbas in cap. cum licet colum. vltima, qui Fel. sint, legit superioritas enim sicut non est concessibilis, ita non est praescriptioe quaeribilis, lafin. l. Imperium num. 20. ff. de iurisdictione omnium iudicium. Secundo respondetur quod agitur de interpretatione privilegiorum vtriusque parti concessorum ergo ad eundem est Imperator a quo habita sunt privilegia, & ipse fit iudex c. cum venissent & ibi doct. de iudic.
Tertio respondetur, quod ex quo Genuenses praetendunt se successisse in ius illorum de Carreto non possunt habere plus iuris, quam illi de Carreto, qui erant feudatarij Imperatoris. l. qui in ius. ff. de regulis iuris, & sic non possunt praetendere nisi vtile dominorum, & sic remansit superioritas penes Imperatorem, & sic Imperator erit iudex. Quarto respondetur, quod quemadmodum non potest praescribi contra Reipublicam, nisi in spatio centum annorum, ita nec ipsa Reipub. potuit praescribere nisi in spatio centum annorum. l. 1. ff. quod quisque iuris, & ibi Doctores sunt computatione facta tantum ea quae preponuntur Genuensibus cucurrerunt tantum anni. 97. ergo non subest praescriptio. Quinto respondetur quod etiam de iure communi in praescribendis regulibus & superioritate requiritur tempus, cuius initij non extet memoria in contrarium ca. super quibusdam. §. praeterea, & ibi glos. Doctores de verborum significatione, videatur late Balb. in Tracta. de praescriptio. secunda parte quintae partis princip. q. 6. num. 13. cum multis sequentibus. quod tempus requiritur spatium centum annorum Balb. vbi nume. 24. ibi videtur, & sic nec etiam de iure communi cucurrerit praescriptio contra Imperatorem. Sexto respondetur, quod ex quo nunc non est lis inter Imperatorem, & Reipublicam sed incidenter tantum queritur an sit iudex inter partes, quae coram eo comparuerunt, sufficit, quod Imperator sit in quasi possessione superioritatis put est inuestiturae novis ab anno. 1396. citra, & sic non est dubium, quim Imperator sit iudex competens.
Septimo respondetur quod saepe interrupta est huiusmodi praescriptio vt patet ex processu. Item videtur quod cepta fuit, cum malafide de qua apparet in laudo, in quo se fun-

- fundant Genueses, & eius qualitates sibi nõ fuerunt ignote. Cum igitur non habuerint þ bonam fidem, sine dubio videtur quod nullam possint allegare præscriptionem. cap. vlt. de præscript. quod etiam procedit in præscriptione immemoriali vt per Balbum in dicto Tracta. de præscriptio. in secunda parte tertie partis. q. 6. nu. 2. Vltimo respondetur, dato quod possit de hoc ambigi sublatam videtur difficultas ex quo procurator Reipubl. consentit in iudicem respondendo petitioni, & proponendo merita causæ, & producendo positiones, & peten. terminos probatorios, & proponen. petitorium, vt cumulet cū possessorio, & sic reconueniendo aduersarium, per que videtur exclusus à iure proponendi þ declinatoriam, vt in lege sed. & si susceperit in principio & ibi nota. ff. de iudic. & in capit. inter monasterium de senten. & re iudi. & Practica Papiensis in libello ad declinandam iurisdictionem iudic. in versiculo nec fuisse, numero primo, Felyn. in d. capit. pastoralis de exceptio.
- 20 Ad quartum respondetur quod in generali sermone non comprehenditur persona loquentis & sic non comprehenditur Imperator cap. quisquis. 2. de prehen.
- Item non continetur id quod quis in specie non esset concessurus.
- Item intelligitur de actione personali non autem quando agitur in rem, vel possessorio de re alibi sita Socin. in cap. sane. in. 7. declar. de foro competentis.
- 21 Item ratione delicti potest Resp. t. conueniri in loco commissi delicti cap. 1. de priuileg. lib. vj. Socin. in ca. postulasti. q. 9. de foro competentis: & quod illi, qui habent priuilegium ne conueniantur nisi in certo loco, possent eo non obstante conueniri in loco delicti, vel bonorum occupatorum per potestiam tenet Iason in l. vlt. colum. 12. in fin. num. 52. versiculo secundo principaliter. ff. de constit. princ.
- Ad quintum respondetur quod non comprehendit imperatorem, vt supra dictum est & eo non potest vti contra concessorem l. si iudex curcumento, ubi Bar. Bal. ff. de mino.
- 23 Item non habet clausulam non obstante contra, vel ex certa scientia, vel ex plenitudine potestatis, ideo non prodest Doct. in auct. quas C. de Sacrosanctis Ecclesijs, Aretinus in consilio decimo quinto.
- Item retorquetur contra Rempubl. quod nec ipsa Respub. potuit præscribere, nec præscripsit, tamen quia eodem iure debet vti

supra: tamen, quia etiam de iure communi regalia non præscribuntur minori spatio, quam centum annorum, ut dictum est.

Item stante inuolutura Caroli Quarti tunc imperator erat in quasi possessione directi domini, & superioritatis quando fuit spoliatus a Genuesibus tempore laudati. Ideo cum Imperator postea rursus factus fuerit suam possessionem Ciuilem videlicet tempore Maximali anno. 1496. spatio annorum. 30. videtur quod si fuerit effectus tutus Imperator aduersus Genueses. l. si quis emptionis. §. hæc super vbi Bart. C. de præscriptio 30. annorum Balb. de præscriptionibus in secunda parte tertie partis princip. q. 6. Hæc sunt que nunc super hoc articulo excitare visum est, super quibus cogitandum relinquimus.

Secundus articulus præsupposito, quod sit firmata iurisdictione, an recte institutum fuerit iudicium possessorium reintegratorium contra Rempubl. que non possidet ex quo bona data fuerunt in sequestrum, videtur quod non, quia in remedio reintegratorio duo extrema requiruntur, primo ex parte actoris, quod prius fuerit possessione sua, secundo ex parte rei quod possidet cap. reintegranda 3. q. 1. & cap. sape de restitutione spoliatorum Soc. in l. rem que nobis colum. nona versicu. circa quartam. ff. de acquirenda possessione

2 sane factio sequestrum non possidet Respu. sed possidet sequestrum. l. licet. §. res. ff. de positi, Saly. in l. 1. nu. 2. de proh. sequestr. pecu. & sic desicere videtur vnum extremum requisitum.

Ad hoc respondetur, quod respectu Castri Franchi & aliorum que detinet res caret dubio, item dicitur de expensa damnis & interesse, Abbas in ca. accidens in pen. not. vt lite non contesti. Ripa in d. §. nihil commune nu. 50. quoad id, quod non est in manu Reipubl. videtur agi potest contra eam spoliatricem, que possessorio licet non possidet videlicet ad rei estimationem, vt scribit Abbas in ca. conquerente nu. 13. de restitutione spoliatorum, & Barb. ibidem num. 18. per tex. in l. 1. §. ex interdico. ff. de vi & vi armata, & l. si vi me. eodem titulo.

27 Contra hoc tamen obstat videtur tex. in cap. examinata de iudic. cui respondetur, Abbas in d. cap. conquerente num. 13. quod procedit, quando quis vult agere petitorio, nec enim agendum est contra possessorem, sed quando agitur possessorio pro spolio, aliud est secundum Abb. vbi supra.

Præterea considerandum est, quod decisio Abbatis forte habet locum tantum, quando agitur

agitur de vi expulsiua nõ si sumus in quo agitur de vi compulsua.

28 Et si quis respondeat quod etiam factio, quod metus est in rem scripta & datur tam contra eum qui metum intulit, quam contra eum qui possidet. l. metum. §. animaduertendum, quod metus causa. Item §. vnde & §. pedius eodem titulo, replicari mihi posse videtur, quod Marchio non agit hoc remedio pro ut videbimus infra, alioquin obstat exceptio domini, quod non vult admittere Marchio.

Ideo considerandum erit, numquid defendi possit, Rempubl. ad huc possidere mediata persona sequestrari in sequestro adijcitur, quod sequestrum tenet omnia nomine amborum, videlicet Reipubl. & Marchionis, & sic sequestrum non possidet, sed Respu. & Marchio, quorum nomine tenet, Alexand. consil. 94. colum. 2. circa. medium versu. potest lib. 2. per J. quod meo. ff. de acquirenda possessione. Item postea facta fuit additio ad capitula, quod non intelligatur factum aliquod præiudicium iuribus partium per hanc sequestrat. sed ambe partes sint in eo statu, in quo erant ante sequestrationem: igitur ille intelligitur possidere, qui ante possidebat, & sic arce excepta, videtur quod possidet Respubli. & ad hoc videtur posse agi iudicio reintegratorio, quo vero ad arcem cogitabitur, numquid possit agi interdico retinenda.

Tertius est articulus, numquid debeat cumulari petitorium cum possessorio: videtur pro parte affirmatiua, quod Marchio sibi præiudicauerit, ex quo consensit ab initio quod agatur vtroque tam e petitorio, quam possessorio ex quo consentit decreto facto sub die 21. Noueb. & sic sibi præiudicasse videtur t. 1. de restit. spoliati. Secundo ex quo agitur de

30 restituitioe fortillicii videtur, quod non debeat restitui, nisi cognitis iuribus partium etiam super proprietate, Alexand. in l. natura lter. §. nihil commune. ff. de acquirenda possessione Soc. in consil. 87. lib. 1. Goza. in consil. 7. Rui. in consil. 37. nu. 2. li. 4. Paris. consil. 12. nu. 100. lib. 1. Tertio præsupposito þ quod notorie constat de dominio Reipubl. videtur quod possit opponi spoliatio defectus notorius domini, vt per Doct. in d. §. nihil commune.

32 Quarto ex quo agitur de vi compulsua non autem expulsiua, videtur, quod admitti debeat exceptio domini notorii Bart. in l. penul. ff. de cond. ob tur. cau. & in l. 2. ff. quod metus causa Alexand. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirenda possessione.

33 In contrarium facit þ quod spoliatus debet ante omnia restitui. l. si quis ad se fundum. C. vnde ui Bartol. & alij in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirenda possessione.

Ad contraria respondetur & primo negatur Marchionem consensisse, quod agatur vtroque; nec Imperator illud statuit, quod ego viderim & decretum factum sub die 21. Nouembris non dicit hoc, licet procurator Reipubl. Genuen. aliud affirmet in folio 190. ideo videtur ipsum decretum in fonte, quia non habeo processum. Secundo respondetur quod illa sunt extrajudicialiter acta & facta ante petitionem, que fuit porrecta die 22. Nouembris. Tertio respondetur þ quod simplex consensus non præiudicat, quin adhuc possit suspensio petitorio procedi super solo possessorio favore spoli, & hoc ante conclusionem in causa cap. pastoralis & ibi Doct. de causa poss. & propriet.

34 Quarto respondetur quod saltem hæc þ pœnitentia licita est ante litem contestatam vt per Bartolum & omnes in d. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirenda possessione, & nõ est dubium, quod Marchio ante litem contestatam aliam petitionem dedit, in qua de solo possessorio agebatur, & processus est nolle cumulare petitorium, cum possessorio, que emendatio libelli fuit licita, vt per omnes Doct. in l. edita. C. de edendo. Immo etiam magis videtur communis opinio, quod etiam post litem contestatam super petitorio possit suspendi petitorium, & introduci possessorium recuperandæ in odium spoliatoris, & hoc magis communiter teneri scribit Ripa in d. §. nihil commune num. 16.

35 Ad secundam respondetur, quod arx non est inepugnabilis, vt in pluribus locis fatentur in processu Genueses, & sic cessat obiectio.

Secundo respondetur, quod considerata þ qualitate, & potentia Imperatoris, & Marchionis debilitate, ac etiam potentia Genuesium arx illa est facilis expugnatio, & hoc casu cessat limitatio illa, & debet omnino restitui spoliatus ante omnia Rui. in consil. 37. nu. 3. li. 4. Iaf. consil. 60. nu. 4. lib. 1.

Tertio istud obiectum videtur, quod possit militare in arce sola, in aliis autem bonis non militat, Ruin. in consil. 37. numero. 3. libro quarto.

36 Quarto videtur, quod dici possit, etiam þ ex arce in expulsiua, ex quo amplius non poterat se defendere aduersus tormenta bellie Paul. Cast. in consil. 27. lib. secundo.

E. Quin-

Quinto videtur quod cesset omnis difficultas, si Cesar cogit Marchionem ad satisfandū de patēdo iudicatio prout offert. facere. Clau. Seyf. d. nihil commune nu. 14. Gozad. confil. 69. Parif. confil. 22. nu. 100. lib. primo. Grammat. in confil. 10. nu. 29. Fab. in d. nihil commune nu. 54. Boer. Dec. 238.

Ad tertium respondetur, & negatur quod notoriē constat de defectu Dominij in persona Marchionis, & quoad vnam dimidiam, est expeditum ex confessione ipsius reipub. vt in processu, quoad reliquam dimidiam, idem dicitur quod ex quo Marchio habet titulum in inueftituram a Cesare Maximiliano factam anno. 1496. cum prescripatione annorum. 60. & ultra non potest dici quod constat notoriē de defectu eius dominij, immo ipse Marchio prescripsit legitime statē maxime sententia lata per Maximilianū eo tempore in quo cassauit omnes alienationes de huiusmodi bonis factas, & bona confiscauit deinde de eis inueftiuit Alphonsum aum modernū Marchionis, qui titulus ex sententia confiscationis sufficit ad prescribendum. Dato quod esset nulla l. Pomponius. §. si iustu. ff. de acq. possess. & ibi Doct. Balb. de prescrip. in prima parte prin. q. 11. & titulus pro suo resultat ex inueftitura Caroli 4. que cum sit antiqua plene probat dominij etiā inter alios, Cor. confil. 17. li. 4. Soc. confil. 861. lib. primo & conf. 87. Ruin. confil. 14. nu. 7. lib. 4.

Deniq; respondetur, quod in presentia agitur inter partes de utili dominio, & hoc apparet esse Marchionem tam ex inueftituris Genuensium quam etiam ex inueftituris Imperatorum, & sic etiam ex confessione Genuen. apparet de notorio dominio ipsius Marchionis, & sic quo ad restitutionem faciendā nulla videtur subesse difficultas. Quo vero ad directum dominium, & superioritatem hæc est questio, cum Imperatore, de quo antea satis fuit tractatum in primo art. amplius non repetitur.

Vltimo respondetur quod quādo aliquod indiget probatione aliqua, illud non dicitur notorium, tale quod impedit restitutionem spoliat. l. emptorem. §. 1. & ibi Bart. ff. de act. empt. l. eius, & ibi Bald. C. de appell. & probatio quæ potest reprobari non facit notoriū Abb. in cap. cum olim in 2. not. de verb. signifi. non dicitur notorium id de cuius validitate disputatur & contra quod aliquod obijci potest, vt per Bar. in aucten. at qui semel col. vlt. C. de probat. sanē in casu nostro ipsimet Genuenfes fatentur multa in facto esse proban-

da pro demonstrandis iuribus Reipub. & ad hunc finem petite fuerunt, cū magna instantia dilaciones probatorias, & multa etiam opponunt contra ea, quæ exhibuerunt Genuenfes, qui indigent probatione, ergo videtur constare dominium non esse notorium, & propterea non esse admittendam exceptionē dominij: quia, quod dicitur obflare defectum notorium dominij, videtur procedere in notorio, quod nõ eget probatione, prout est in notorio iuris, vel facti permanentis, ut in ca. ad decimas de restitu. spolia. lib. 6. & in capit. significati de diuort. & de huiusmodi notorio quod statim, constat. nec indiget probat. videtur loqui doct. in d. nihil comune l. naturaliter. ff. de acquir. poss. & hæc fuit super quibus quoad tertium articulum erit cogitandum.

Quartus articulus est quid sit nunc agendū in causa ex quo procurator reipub. appellauit ab interlocutoria Imperatoris in qua ordinauerat procedendum esse ad vltiora in causa, & deinde recessit ab eadē substituto non dimisso. Hic art. est decisus in cap. eum, qui de dolo, & contu. lib. 6. & in Clem. 1. de dolo & contum. l. post Bar. in l. qui Romæ. §. Seia num. 21. ff. de verbo. obligat. & sic non est amplius citanda respub. nec eius procur. in causa sed poterit Cesar procedere in causa indagando veritatē, cum absentia litigatoris Dei presentia pleatur. l. & post in prin. & §. 1. ff. de iudi. l. propterandum. §. si autem. C. de iudi. super quo etiam erit cogitandum.

Quintus est articulus in capitula reipubl. sint admittenda, qui & ipse breuis est & quatenus respiciunt petitorium dependent ab illo articulo an petitorium sit curandum cū possessorio t quatenus verò intuntur contra confessionem propriam iudicialē videtur quod nõ debeat admitti. Bar. in l. nõ fatetur ff. de confess. Cor. in confil. 14. nu. 13. & 15. lib. primo idem videtur dicendum de his quæ probata non releuant, qualia presupponeunt per consiliarios fere esse omnia l. ad probationem in fin. C. de probat. Corm. in confil. 87. in fin. lib. primo.

Vltimus articulus est qualis sententia sit ferenda, in quo aduertat, quod constat de possessione Marchionis tempore spoliij ex confessione ne ipsorum Genuensium. Constat etiā quod ipsi Genueses uim intulerunt mittēdo exercitum cum bellicis tormentis ad arcem expugnandam, & hoc fatentur ipsimet Genuenfes & ex instrumento capitulationum constat de bello, ac ex protestationibus Alphonfi uide-

42 tur constare de metu Ruin. confil. 42. lib. 4.

43 Vltimo dubitari poterit nunquid saltem in instaurando Castro Franco: prout de huiusmodi restauratione fit mētio in processu per procuratorem Reip. in quo casu considerandum erit, nunquid habeat locū decif. Martin. Laudem. in tract. de Castell. quæst. 13. vbi ait caueant, qui inuadunt Castrum iniuste quia si in eo fecerint expensas, eas non repetent, per text. & glof. in l. lex argenteo. ff. de condictio. furtiua: cogitabitur.

44 Brit etiam aduertendum est ex quo negant Genuenfes se possidere, nunquid possit habere locum remedium de quo loquitur lex vlt. ff. de rei vendica. & quod scribit Curt. in additio. ad Pract. Papien. in primo libel. in fin. Super his, dignabitur venerandum Collegium cogitare, quæ motiuorum gratia exhibentur.

23 Finarium ab Othone secundo Alestrami Saxono concessum. 24 Finary Marchionis Imperij Ligij Vassali & homines efficta Carolo Quarto. 25 Fendum Ligium a quibus concedatur, & de illius natura. 26 Vassalus ligus duorum, quis esse non potest. 27 Vassalus ligus habet, non modo rei sed & bona domino subiecta. 28 Index competens est ratione rei sitæ. 29 Antonius Aduini Genuensium ducē laudam, in causa Finarij, quo tempore latum. 30 Successor uitur iure sui prædecessoris. 31 Res transiit cum opere suo. 32 Imperator delicta perpetrata, subique locorum punire potest, sed infra aliter. 33 Vniuersitas quando delinquere dicitur. 34 Spoliare dicitur, qui spoliū factum ratum habet. 35 Præuilegium exemptionis a iurisdictione ob perpetrationem delictum perditur inque iterum subicitur. 36 Præuilegium causa cessante, cessat & Præuilegium. 37 Præuilegium exemptionis a iurisdictione, reuocatum dicitur, cum concedens se causis iudicem declarat. 38 Princeps præsumitur uti plenitudine potestatis cum actus ab eo gestus aliter non ualeat. 39 Index semel approbatus, reuocari amplius non potest. 40 Delictoria quæ tempore debito non proponit, in iudicem consistere videtur.

SUMMARIVM SVBSEQUENTIS RESPONSI, SEV VOTI.

1 Scuola iureconf. in arduis subsistere consueuit. 2 Index extra suam iurisdictionem iudicare non potest. 3 Imperator totius mundi dominus dicitur. 4 Imperator Italiae dominus dicitur. 5 Imperator fundam habet intensionem, se in uniuersum terrarum orbem posse iudicare. 6 Imperator dicitur Deus in terris. 7 Imperator iurisdictionem suam apud se habere dicitur. 8 Genuam Romano imperio suppositam olim fuisse. 9 Genua a Magone Peno fundata euerfa. 10 Genua a Sp. Lucretio Romano reedificata. 11 Genua ex tota Liguria à M. Popilio Cos. capta, & multum captiuum effluuat. 12 Paulus Aemilius Cos. contra Ligures bellum gerit, eosque Romano imperio subiicit. 13 Rothais Longobardus Rex Genua potitur, eam diripit & euerfit. 14 Fredericus Barbarubia Imperator Genua dominus factus, nomen creauit Magistru. 15 Carolus Quintus Imperator multa Genuensibus consilij prouilegia. 16 Præuilegium concessio subiectionem arguit. 17 Carolus Imperator, Genuam ciuitatem suam appellare consueuit. 18 Consuetudo dicitur actus, qui ad sui detrimētum fit, cum sit, nec contra eum protestatur. 19 Verba conuictura Principi probant. 20 Feudi Dominus iudex est competens in causa feudali. 21 Spoli causa, a iudice iudicio cognoscitur. 22 Imperator in causa propria iudicare potest.

41 Index ordinatus est, qui rei conuenit index est. 42 Liberrimum a natura omnes. 43 Libertas non seruitus præsumitur. 44 Ciuitas iure alteri subiecta non præsumitur. 45 Saoua Ciuitas Genuensium supposita. 46 Genua ciuitas sui origine Imperij non supposita. 47 Ligures ab Arcadibus originem traxerunt. 48 Ligy locus declaratur. 49 Genua plenam consequitur libertatem a Fridrico primo. 50 Baldus Perusinus, qua aetate iuxerit. 51 Baldus Perusinus Georgij. xi. Pontifici max. Praceptor. 52 Genueses superiores non recognoscunt, quod multorum testimonio comprobatur. 53 Genuam esse liberam a superioritate Imperij testatus est Carolus Quintus Imperator. 54 Beneficium Principi latè interpretatur, & quomodo beneficium esse cognoscatur. 55 Assertiua Verba afferenti præiudicant ac illi consentiant. 56 Clausula saluū Romani Imperij iuribus, in concessione prouilegi ab Impera. facta, quid operetur, & paulo post. 57 Referat quid operetur, & cuius natura sit. 58 Clausula in executus posita, nihil operatur. 59 Genua Camera Imperialis est, & quomodo intelligatur. 60 Communis loquendi usus, obseruandus est. 61 Contraria seu pugnantia emittenda sunt omnino. 62 Republica libera iura habent sicut, & Imperij. 63 Venetorum Republica & Dominium superiorem non recognoscit nec de iure, nec de facto. 64 Venetorum Ciuitas communis patria dicitur. 65 Cosmus Medicus Florentinorum Dux Srenisf. laudatur. 66 Florentinorum Respub. olim superiorem, nec imperium recognoscebat. 67 Florentina Respub. libertatem a Rodalpo Imperatore concessa est.

- 8 *Lucensium Respub. ab Imperio libera est, & a redulpho libertatem consecuta est.*
- 69 *Imperij superioritas transferri an possit.*
- 70 *Reservata in signum supremae potestatis verbis uniuersalibus possunt transferri.*
- 71 *Reservata in signum supremae potestatis praescribi quando possunt.*
- 72 *Civitas Imperij iura & superioritatem praescribere quando possit.*
- 73 *Appellationis secunda & tertia cognitio qui habet, Imperij superioritatem habere dicitur.*
- 74 *Persona concedens Privilegium in eo non comprehenditur, ex eo ligatur.*
- 75 *Persona loquens in fauorabili dispositione comprehenditur ex ea que ligatur.*
- 76 *Persona loquens & concedens in concessione comprehenditur ratione subiecti materia.*
- 77 *Persona loquens in concessione ex certa scientia facta includitur.*
- 78 *Persona loquens in dispositione comprehenditur, quando illa alias nihil operatur.*
- 79 *Interpretatio illa sumitur ne frustra dispositio facta sit, etiã in privilegijs.*
- 80 *Finarum intra fines Genuesium esse.*
- 81 *Genuesium fines, qui.*
- 82 *Alba Pompeia intra Liguria fines.*
- 83 *Pollentia oppidum antiquissimum intra Liguria fines.*
- 84 *Argumentum ab extremis praesumptioe concludit.*
- 85 *Praesumptio transfert probandi onus in adversarium.*
- 86 *Totum integrale suas partes comprehendit.*
- 87 *Finarj Marchiones per tempus immemorabile Genuesium Rempub. in dominium directi recognouerunt.*
- 88 *Praescriptione temporis immemorabilis directum Dominium in re feudali adquiri potest.*
- 89 *Iudex ordinarius cum iustitiam recipiat administrare superior, & maxime Pontifex maximus adiri potest.*
- 90 *Superior ubi est suspectus suspecti sunt & illius officiales.*
- 91 *Suspectus in cognoscendo non est suspectus in delegando.*
- 92 *Qualitas iurisdictionis fundatiua ante omnia distinguenda est.*
- 93 *Feudi decimus non cognoscit super qualitate, qua, cum feudi dominum negatur.*
- 94 *Qualitas iurisdictionis fundatiua, quando summarie, & quando plenarie tractanda sit.*
- 95 *Feudi dominus inter uasculos iudex non est competens, cu alter illorum se uasculum negat.*
- 96 *Libelli & petitionis qualitas considerari debet, ad iurisdictionem fundandam.*
- 97 *Spoliatus feudo non a feudo domino tamquam iudice, sed ab ordinario conuenti spoliatoris restituendus est.*
- 98 *Imperatorem totius domini dominum non esse, iure diuino, Naturali, & positiuo, probatur.*
- 99 *Oldradus iureconsultus Legum pater & maxime auctoritatis habetur.*
- 100 *Didacus Conuarradas Hispanus iureconsult. laudatur.*
- 101 *Sermo uniuersalis in uno falso in omnibus falso dicitur.*
- 102 *Rex Catholice Hispaniarum Imperator non recognoscit.*
- 103 *Rex Christianissimus Galliarum Imperatorem non recognoscit.*
- 104 *Dux Sabaudae Sereus Imperatorem non recognoscit.*
- 105 *Dux Mediolani Imperatorem non recognoscit.*
- 106 *Privilegiarum concessio praesumptio tantum subiectiorem arguit.*
- 107 *Verba enuntiatiua Imperatoris alterius Principis probant, quando factus in antiquis non in recenti factio.*
- 108 *Verba enuntiatiua Principum probant, cum sint de negotio plene informati, non semper.*
- 109 *Verba enuntiatiua Principum non probant, quando prauidi caretur iuri alteri iam quasto.*
- 110 *Genus olim a Rege Galliarum dominata.*
- 111 *Exceptio tua non interest, litis finita dicitur.*
- 112 *Dominus feudi iudex non est de re feudi, cum est controuersa inter uasculum & non uasculum.*
- 113 *Iure. in capex parte de foro compe. declaratur.*
- 114 *Baldus. in. l. 2. col. i. versic. quaro qui d. C. si a non compe. iud. declaratur.*
- 115 *Imperator non est iudex competens in causa propria contra non subditos.*
- 116 *Imperator licet certis casibus in causa propria possit iudicare, ex honestate tamen causam debet non suspecto delegare.*
- 117 *Aledrami & Adelsia Eastoria.*
- 118 *Historiarum uarietas in Aledrami & Adelsia Eastoria.*
- 119 *Aledramus ex Adelsia septem procreat filios ex multo non auctoritatis.*
- 120 *Marchia ab Othone secundo donata Aledrami Genero.*
- 121 *Finari Marchia & Saoua una & eadem.*
- 122 *Aledramus ex Adelsia quatuor filios tantum suscepit ex Polaterrani auctoritate.*
- 123 *Aledramus ex Adelsia duos tantum suscepit filios, ex antiquis Chronicis distincti.*
- 124 *Aledrami linea quo tempore extinxit.*
- 125 *Chronicis antiquis credendum.*
- 126 *Montiserrati Marchia & Finarij eandem habuerunt originem.*
- 127 *Probari debet se talem qualem se facit.*
- 128 *Othone Secundo concessio Aledrami facta donationis uim non feudi habuit.*
- 129 *Imperator delinquentem ubique locorum punire non potest.*
- 130 *Delictum extra locum originis commissum in loco originis puniri minime potest.*
- 131 *Conueniri ciuiter non potest in loco originis ob delictum, qui extra locum illum deliquit.*
- 132 *Proses Provincia cognoscit, cum uasculus spoliatus fuit.*
- 133 *Delictum, non committit, qui facit quod facere posse iuste creditur.*
- 134 *Dolo carere dicitur, qui paratus est de iure suo dicere.*
- 135 *Privilegiarum renouatio non praesumitur.*
- 136 *Privilegium, quod transit in uim contractus renouari non potest.*
- 137 *Princeps legem sibi potest imponere, a qua non poterit recedere.*
- 138 *Pontifex Maximus contra Imperatorem iudex est competens.*
- 139 *Privilegia concessa ab bene merita ad libitum renouari non possunt.*
- 140 *Privilegia concessa ob benemerita iusta ex causa renouari non possunt.*
- 141 *Causa iusta in Imperatore non praesumitur dum renouat Privilegium non subdito concessum.*
- 142 *Causa iusta praesumitur in Principe, cum ex motu proprio aliquid*

- aliquid agit, scus si ad partu instantiam.
- 143 *Causa iusta renouandi Privilegium subesse dicitur, cum illud maximum adferat detrimentum.*
- 144 *Clausula plenitudinis potestatis nihil operatur contra non subditam a natura.*
- 145 *Clausula plenitudinis potestatis nihil operatur ad tollendũ ea, que per uim contractus fuerunt concessa.*
- 146 *Clausula plenitudinis potestatis uci, non praesumitur Princeps, cum ex ea resisteret iniquitas.*
- 147 *Clausula plenitudinis potestatis, uti praesumitur Princeps, ut actus ualeat, quod inibi declaratur.*
- 148 *Declinatoria opposita dicitur, cum qualitas iurisdictionis fundatiua negatur.*
- 149 *Declinatoria opposita dicitur, cum quis se illi iudici suppeditum negat.*
- 150 *Appellatione pendente nihil innotandum.*
- 151 *Sententia lata a iudice incompetenti est ipso iure nulla.*
- 152 *Nullitas sententiae, quae a iurisdictione prouenit, ceteris est maior.*

INITIVM A DOMINO.



MAGNA profectio & praecleara est, consultissimi Patres, quam Ferdinandus Austria Imperatorum iustissimus de amplissimo hoc ordine concepit, opinio: cum, in tanta excellentia Genuesium Reipubli. & Alphonfi Carreti Marchionis Finarij illustrissimi contouersia, uestram requirat sententiam, sic etenim uidere uideor hunc ordinem, uel Apollinis Delphici oraculo, uel Areopagitarum sententiarum, quae nisi de grauius finis, ceterisque rebus dubijs consulebantur. quare merito uobis gloria nunc licet, cum uera sit laus, quae a maximis ac probatissimis uiris proficiscitur, sic gloriari solebat Lucius Cerbidius ille noster Scaeuola, quod a M. Antonio Philosopho Imperatore maximo de iure saepissime interrogaretur, sic laetari confueuit Aemilius ille Papinianus iureconsultorum acutissimus, quod Septimio Seuero amicissimus foret, ipsaq; eius

responso plurimi faceret. Muneris ergo uestri erit. P. A. (qui uester mos est) quae iustitiae partes sunt, eas uestra auctoritate tueri, illiusque fines non transilire, quandoquidem in tam ardua finienda contouersia, ut pro aequo & bono sententiam ferat, summus hic Imperator, non tam amplissimo prudentissimoque deferre uoluit consiliarium ordini, quam, uelstrum hoc consultare oraculum dabo ipse operam totis uiribus, donec apud uos sum, ut ueritas in tenebris delirescens in lucem prodeat. Ceterum uestrum erit. P. C. rationibus nostris diligenter cognitis ac per spectis, quid rectius, quid iustus erit iudicare. Hac uero in contouersia, cum plures sint, quae pulchro ordine excutiendae soluendaeque proponuntur dubitationes, illa una est omnium prima & c.

RESPONSVM SECVNDVM SECVNDVM A IACOBO MENOCHIO Iureconsulto habitum in Saero & Venerando Collegio Papinensi, in motuorum praecedentium resolutione.



REVRES sunt, quae pulchro ordine excutiendae finiendaeque proponuntur dubitationes: illa una est omnium Prima, utrumne contouersia huius competens sit iudex Imperatorum hic Augustissimus. Secunda utrumne ab Illustrissimo hoc Finarij Marchione rite reeque institutum fuerit iudicium hoc Reintegrandae Possessorium. Tertia utrumne, in hoc tam contouersio iudicio, Petit orij causam cum possessoria cum mulare liceat. Quartam adijcimus nos, quorum alterum, uel Illustrissimus ipse Marchio, uel Ge nuenfis

nensis potius excelsa Respubli. in Petitorio ius foueat.

Quinta ex ordine erit. Quid hac in causa iudicio agendum nunc sit, posteaquam excelsa Genensis Reipub. Procurator, interposita appellatione, à lata per ipsum imperatorem interlocutoria, qua ad ulteriora procedendum esse declarauit, iudicium deferuit, ab aula recessit, domumque, nullo sui loco suscepto, reuersus est.

Sexta erit, vtrumne excelsa Genensis capitula iam in causa porrecta recipi admittiq; debeant.

Septima, qualis sit in causa hac ferenda sententia.

Vltima, vtrumne saltem excelsa ipsi Reipublice restituenda sint impensa, quas in Causa Franchi rescensione erogauit.

Dubitationu ergo propositarum egregiu ordinem, ut omni cura, & studio prosequar ac explicem, in hac omnium prima difficilissimaque, non mediocriter more f Scauola iureconsulti in. l. seruum quoq; in prin. de procura. & in. l. si me & Titium. ff. de reb. cred. & si cert. peta. subsistebam. in eam enim sententiam, prima (ut aiunt) fronte descendendum videbatur, Inuict. Ferdinandum Imperatorem nostrum, causae huius & controversiae iudicem fore competentem, in hancque opinionem multis aliquando adducebar rationibus & argumentis.

Primo sic argumentabar. competentem iudex iudicatur, qui in suos iurisdictionem exercet, sibi que subditos coercere potest. at Reipublice Genensis Diuus ipse Ferdinandus praesertit illiusque Dominus censetur. in eam ergo iudicare poterit. maior propositio ut de se nota est, sic nec nostra probatione eget. testantur enim iureconsulti sepius, ut in. l. eum, qui, in. l. ultima. ff. de iurisd. om. iud. & in integro illo titulo. C. si à non compe. iud. illisque in locis suis nostri interpretes, in f subditos tantum iudicare posse Magistratus, quando quidem in aliena ditionis suppositos, nulla est potestas, vel Imperium. minor propositio, ut maioris est ponderis, sic clarius probari videtur, Genensium scilicet Reipub. esse Imperio suppositam. Id enim ex eo satis constat, quoniam iure uniuersis orbis Moderatorem, & Dominum, Imperatorem credimus, quod Eudemoni Nicomediensi respondisse Diuum Antoninum testatur Matianus Volusius. in. l. de precatio. ff. de legem Rodhiam de iactu. Ego quidem Mundi Dominus, lex autem maris, respondit ille, quae enim differentia in-

troducitur (inquit Iustinianus in. l. Bene à Ze noni. C. de quadrienn. prescrip.) cum omnia Principis esse intelligantur, quod ex nostris infiniti prope adfirmarunt, ut apud Restaurum Castal. in signem iureconsultum in Tracta. de Imperatore. q. 52. qui receptissimam hanc esse sententiam testatur, quod in nostris hys f Italiae Regionibus maxime procedere intelligimus, ex cap. Imperialem. & firmiter de prohib. feudi aliena. per Frider. hinc factum est, ut interrogatus responderit Alexan. Imolensis consil. 87. in fine. lib. 6. à quo non recessit Restaurus loco, quae paulo ante citauimus. q. 53. num. 19. esse satis superque fundatam (ut illi aiunt) Imperatoris intentionem, se in omnes posse iudicare, eumque probationis onere grauari, qui se Imperatoris iurisdictioni non subiacere contendit, quod etiam ex Hadriani constitutione in cap. Hadrianus. 63. distincte. admonuit Bertachinus tract. Gabellarum parte prima. q. 2. & Tracta. de Episcopo. pagina. 91. q. 16. num. 36. nec immerito certe hoc factum dicitur, cum f in terris Deus habeatur imperator, ut testatur Iust. in auth. de consulibus in si. quare docuit Inno. in capi. c. M. Ferrariensis de consitu. & post eum Baldus, in Imperatore esse iurisdictionem fontem, è quo caeteri omnes fluunt ac restuant, quod & annotat Cur. Iunior. consil. 157. num. 12. Rubens consil. 77. nu. 1. Paris. consil. 1. nu. 12. lib. 2. sic dicimus sacrilegij instar esse aduersus imperatoris potestatem sentire. l. 2. C. de crimine sacrilegij. & ex nostris affirmarunt Ias. in l. rescripta. nu. 6. C. de precib. Imperat. offeren. Dec. consil. 588. nu. 2. & consultiusimus Aymo Crauetta mihi compater celestissimus consil. 241. nu. 2. 3. caeteros sciens praeterco. Quin? (ut caetera omitamus, & rem hanc in specie magis attingamus) Genuam esse Imperio suppositam, illud est argumentum, quod Romanis ferè semper paruit, ut non uno in loco literis mandant reru diligentissimi scriptores, unus omnium praesertim optimus Linius, is postea quam libro octauo tertiae Decadis, in hac verba scriptum reliquit. Eadem astate f Mago Amilcaris filius ex minore Balearium ipsula, ubi hybernarat, iuuentute lecta in classem inposita, in Italiam triginta ferme rostratis nauibus & multis onerarijs, duodecim milliibus Pediturum, duo ferme equitum traiecit: Genuam que nullis Praesidijs maritimam oram tutantibus, repentino aduentu cepit, inde ad oram Ligurorum Alpinozum, si quos ibi motus facere posset, classem appulit, sic libro decimo Decadis Tertiae, in hac subiicit uerba. Et Lucretio

ereticio prorogatum Imperium, ut Genuam oppidum à Magone Peono dirutum exadificaret: idem libro secundo Quinta Decadis. M. Popilio Cos. hac literis mandauit. Post hanc pugnam ex diuersa fuga in vnum collecti Ligures, cum maiore multo partem ciuium amissem, quam superesse cererent. (nec enim plus decem milia hominum erant) dediderunt sese, nihil quidem illi pacti sperauerant tamen non atrocius, quam superiores Imperatores Cos. in se saeuitum: at ille arma omnibus ademit, oppidum diruit, ipsos bonaque eorum vendidit, literasque senatui de rebus à se gestis misit. Apud Plutarchum quoque in Pauli Aemilij uita sic legimus. Cos. autem factus f Aemilius, bellum gessit aduersus Ligures, homines bellicosos, & ob uicinitate Romanorum bellandi peritos. Incolunt enim extrema Italiae oram, quae ad Alpes pertinet, ipsamque Alpium, quantum Tyrreno abiuitur Pelago, & contra Libyam cõsurgit, permixti Gallis & Iberis maritimis. Tunc autem praedatorijs nauigijs mare usque ad Hercules columnas infestabant. Contra eos igitur Aemilius Cos. cum octo milibus militum missus. Hac paucitate copiarum triginta millia hostium confinxit: eisque in fugam uersis, & intra mania compulsi, spem bonam humanitatis praestitit neque enim uolebant Romani, Ligurum gentem omnino delere, sed ueluti spem ac praesidium aduersus Gallicos tumultus, qui Italiae contineae imminerebant, relinquere. Aemilij igitur fiducia adducti Ligures, naues & oppida illi dederunt. Ipse uero dirutis moenibus, nec genere ullo iniurie illato, vrbes quidem restituit, naues uero ademit, nec illius multitudinis nauigium supra triscalmum eis reliquit. Homines autem tam mari, quam terra à Liguribus antea captos, ciues peregrinosque liberauit. Genuam itaque Romano suppositam Imperio fuisse, olim intelligimus, resque ita se habuit ad annum usque septingentesimum salutis nostrae, ut Blondus de illustrata Italia scripsit, vel ad annum usque sexcentiesimum sexagesimum, ut Leandro Alberto in Descriptione Italiae, placuit, quo tempore Rotharis Longobardorum Rex summa uia ea potius est fædeque dirupuit, ac impie Tyranniceque funditus ferè euerit quibus adsupulatur Raphael Volaterranus in commentarijs vrbanis libro. 4. capit. primo, & ab anno illo ad annum usque centesimum primum supra mensesimum Genuam sub Imperio fuisse innuit Georgius Merula lib. 6. Historiarum vice comitum. Quin? anno. 1190. f Fri-

dericus Barbarubea vulgo appellatus, dum illi imperaret, nouos eligi iussit Magistratus, nouosque administrationis instituit ordines, ut Leandro Alberto placuit. Nec dissentit Nebiensis Episcopus in Genuensium Annalibus. 15 Accedit praeterea, quod anno 1528. f Carolus Quintus Imperatorum felicissimus, nouum à Genuensibus in rebus publicis administrationis institutum ordinem, cum istic esset, confirmauit, nouaque & amplissima contulit priuilegia, quod testatur Leander Albertus, què mox retulimus, & nobis ipsis satis ostendunt exhibita ipsorum priuilegiorum documeta, quae sanè f priuilegiorum concessio, imperatoris in Genuensium iurisdictionem arguit, & Imperium ostendit. ut post Ioannem Lignano interrogatus respondit Riminal. consil. 268. nu. 41. lib. 2. Accedit & illud f Carolus Quintus cõsueuisse in multis, vel rescriptis, vel concessis Priuilegijs in hac uerba, Genuam appellare ciuitatem, datum in Ciuitate nostra Genuae, ut inter caetera legitur in priuilegio concessio Illustrissimo Ioanni Carreto, Alphonsi huius illustrissimi Marchionis patri, quae sanè ratio eo fortior & firmiter redditur, quo nulla unquam à Genuensibus facta reperitur protestatio, f qua illarum ipsi proprium esse uoluerint, ob idque in imperatore confirmasse dicuntur, iuxta iureconsulti responsum in. l. si filius famil. ff. ad. S. C. Macedo. & egregie scribunt Mathes. nota. 22. Ias. in l. quae dotis num. 92. ff. soluto matrimo. & in consil. 47. nu. 2. lib. 1. Dec. consil. 430. in fine, & consil. 632. nu. 16. Ripa in. l. admonendi nu. 139. ff. de iure iurando Goza. consil. 23. nu. 6. Et cum ita attestatus fuerit si Diuus Carolus Quintus, illius f uerbis etiam enuntiatius deferendum est ut probat tex. Clem. 7. de probatio, & scribunt egregie Afflicti Dec. 305. nu. 13. 14. & Ruin. consil. 103. nu. 10. lib. 5. cum praesertim propter se, non propter aliud emissa uideantur: satis ergo constare uideretur imperatore huius causae iudicem esse competentem. Secundo loco, ut huius essem opinionis, ea Innocentij adducebar auctoritate in cap. 20 ex parte de foro compe. dum affirmauit f in feudorum controverhijs, feudi dominum iudicem esse competentem cuius sententia uisi sunt probare Baldus, Imola, Soc. & Dec. in c. ex transmissa de foro compe. & in cap. caeteri de iudicijs, reiecta (ut aliqui credunt) glōsa auctoritate ibi eo fortius haec confirmantur, quo causa hac possessorijs est iudicij, dum, ut deiectus restitui petit Marchio, in qua iudicis partes sustinet, qui f ordinarius est sic Bald. in l. 3. col.



1.3. col. 1. C. si a non compe. iud. in cap. 1. §. si inter pares de lege Corradi, & Aretinus in c. ceterum de iudiciis. idem uisus est respondere Iaf. in consil. 60. col. 2. vers. secundo & fortius h. r. cum ergo imperator iudex sit ordinarius, sequitur iudicare in hac causa posse.

27 Tertio sic argumentari posse, quandoque est uisum. t. Imperator in propria ac suorum causa sibi iudicare potest. l. proximè. ff. de ijs qui in testa. del. l. Et hoc Tiberius. ff. de hered. Inst. §. ultimo. Inst. de hered. Inst. & ex no stris annotarunt Baldus in l. vnica. C. ne quis in sua causa. Dec. consil. 588. nume. 1. 2. Goza. consil. 1. nu. 27. Restaurus Tracta. de Imperat.

28 q. 91. nume. 1. at feudum finariense Imperij esse, inuestitura Othonis secundi anno. 967. Decimo Calen. Aprilis Carretensibus concessa, ostendit. Cuius rei meminit etiam Albericus Rosatus in suo Dictionario in verbo. feudum, ostendit & inuestitura Caroli Quarti anno. 1351. concessa, qua hos Imperij t. Ligios uasallus esse probatur, quorum natura est, ut vni tantum sub sint concedenti, præterea nemini, quod satis superque probat text. in cap. si quis inuestierit de feudo dato in vicem legis commissio. glosa. Clem. Pastoralis. §. deinde in verbo, Ligius. de re iudicata. Ifernia in. ca. 1. §. omnem de noua forma fidel. Ioan. de Anna. consil. 7. nume. 9. Iacobinus à Sancto Georgio in inuestitura feudali in verbo feudum colu. 3. versiculo septima diuisio, quo loci affirmat.

29 uit, t. feudum hoc ligium solum concedi ab eo, qui superior nec habet, nec recognoscit. quare alteri in ea concessione referuari solet fidelitas, ut scribunt omnes cap. 1. §. feudum de prohib. feud. alienat. per Frideric. & scripsit Guido Papæ q. 309. Vtra octo. Iafon in præulijjs feudorum num. 106. 107. Iacobinus à Sancto Georgio Tractatu de Homagijjs colu. 3. versic. Tertius casus, ob idque affirmarunt, t. uasallum duorum ligium esse non posse, quod placuit & ceteris præsertim Iacobo Aluaro in cap. 1. §. ultimo in fine. Hic finitur lex Corradi, Afflictio Decisione 307. nu. 3. Quin? interrogatus respondit Guido Papæ consil. 213. sequuntur & c. nume. 4. etiam pro dineris rebus, quem duorum uasallum ligij effecti non posse. alia docuit Iafon in l. de pupillo. §. si plurimum. ff. de operis noui nunti. & in hanc sententiam præter ceteros adfero elegans Baldi responsum in consil. 291. Ad cuius denitiam præmittendum est lib. 2. quo loci in primis uerbis capituli si quis inuestitus de capitulis extraordinarijs, non impressi forte, uerba retulit responditque, uasallum ligium

duorum esse non posse. Quin? Iacobinus, quem mox citauit. d. Tractat. de Homagijjs colu. 3. versic. quartus casus scripsit, non per sonas modo horum t. uasallorum, sed & bona ipsa concedenti feudum ligium esse supposita, sequitur ergo hac in causa Imperatorem iudicare posse.

28 Quarto sic aliquando instabam t. ratione rei sitæ in alijs subditos, potest iudex suam exercere iurisdictionem, at Genuenses partem feudi Finarij, quod Imperij esse diximus, possident, ergo in eos iudicare poterit Imperator. maior propositio satis de se nota est, cum text. sit clarus in cap. sanè & ibi Soc. q. 7. de foro competenti: minor autem pariter probari satis dicitur ex laudo Antonioti Adurni prudentissimi olim Genuensium Ducis, lato anno. 1385, quo tempore is Adurnus Rempubliacam hanc excelsum moderabatur, (vt sepius relati Nebienis Episcopus in Genuensium Annalibus & Leander Albertus in Italia descriptione testantur) ex eo itaque laudo Respublica hæc partem huius Finariensis feudi consecuta dicitur, quo fit, ut in ius t. succedens eo iure prædecessori competenti uti & ad commodum ac incommodum debeat. l. qui in ius de regulis iuris: transit enim t. res suo cum onere. l. ius cui opus, ubi late Iaf. num. 6. ff. de operis noui nuntia. & late scribunt Afflict. Decisi. 95. nu. 3. 4. Soc. Sen. consil. 45. li. 3. consil. 12. lib. 4. Goza. consil. 15. nu. 13. Parissi. consil. 127. nu. 12. li. 4. Tiraq. Tract. de retractu consang. §. i. glo. 10. nu. 13. & Soc. Iun. consil. 74. nu. 8. lib. 3.

Quinto argumentari sic licere uidetur: Imperator t. delicta ubique locorum perpetrata punire potest, & de eis iudicium ferre, cum proprium sit imperatoris illud exequi, ubi te inuenero ibi te iudicabo. l. 1. ubi glos. C. ubi de crimine agi oportet glos. in cap. ultimo de foro competente quo loci annotarunt Abbas & ceteri, & clarius ex facto interrogatus respondit Rubens Alexand. consil. 77. numero primo sed Genuenses occupando oppidâ & Castra Finariensia, acerrimo bello illato, deliquisse dicuntur, ac in penam legis Iulie de ui publica & l. si quis in tantum. C. unde ui, incidisse nec hæsitandum esse uidetur Rempubliacam non deliquisse t. cum uexillis leuatis, habitoque (ut testantur acta) inter eos consilio ac deliberatione, indictum fuerit bellu, sic docuit Bartol. in l. act. facta. §. nonnumquam. num. 9. ff. de priuatis delictis, Boe. Tractat. de seditionis. q. ult. & in specie nostri casus annotarunt Cynus & Albericus in d. l. si quis

quis in tantam ille colu. 4. iste colu. 2. in fine, egregie Parisius consil. 1. num. 30. libr. 4. qui receptam apud omnes esse testatur, quod fortius procedere & clarius esse dicitur hoc casu, ubi facta occupatione, Respublica gesta omnia dicitur ratum habuisse, quo fit ut ipsa met Respublica spoliata & um in tulisse dicatur. l. 1. §. deiecit. ff. de ui & ui armata, quem in hanc sententiam citauit Bartol. d. §. non nunquam num. 10. & respondit Iaf. consil. 139. colu. 2. li. 4. in l. Ciuitas num. 3. ff. si cer tum petatur, Afflictus Decisione. 376. num. 3. Parisius. consil. 21. num. 32. libr. 4. C. confirmatur quia & si Genuensibus aliquod concessum alias dicatur Priuilegium, quo imperatoris iurisdictionem & iudiciuin euitare, declinatæ reque potuerint, t. attamen ob perpetratum delictum, illud amitt. ff. de iur. in Prouincia. C. ubi de crimine agi oportet, & postea se relatos docuit Iafon. in l. beneficium. num. 52. ff. de constit. Princip. sentit Marian. Soc. Sen. in cap. Proposisti q. 9. de foro competente, qui ea ratione affirmat, subici iurisdictioni ordinarij qui alias ab illius iurisdictione erant exempti.

Sexto in hanc opinionem ex eo aliquando adducebar, quod cessante causa t. priuilegij cessat priuilegium. l. athleta. §. 1. l. Geometra. l. idem Vlpianus. ff. de excusa. tuto. l. Titia Seio. §. uisuras de lega. 2. latissime Tiraquellus Tract. Quod cessante causa cesset effectus parte prima num. 103. sed Genuensium Priuilegium, quo se ab imperatoris iurisdictione tuebantur, cessat, ergo ipsius imperatoris iudicium euitare non poterunt. probatur illa minor propositio duplici ratione, tum ob commissum delictum (vt mox retuli) t. quia ipse met imperator t. Priuilegium ex eo reuocasse dicitur, quod se huius cause iudicem competentem declarauit, quam obrem in antecessis necessarium, Priuilegium illud exemptionis reuocatum censetur: argumento l. illud. ff. de adquirenda hereditate & tradit Afflictus Decisione. 1. num. 3. quod tanto fortius procedit cum t. Princeps clausula plenitudinis potestatis utitur, qua in dubio uti præsumitur, vt aetius ualeat, ut docuerunt Castr. in l. ex imper federe. C. de testam. Alexand. l. quamquam nu. 5. C. de testam. milit. Dec. l. in testamento num. 11. in fine. C. eodem de testam. militari. consil. 11. colu. penul. & respondit Rui nus consil. 23. num. 4. lib. 2. Soc. Iunior. consil. 134. num. 27. libro. 3. Crauetta consil. 75. numero tertio.

Ultimo, uita sentirem, non me urgebar mediocriter illud, quod t. iudex semel approbatus, reulari illiusque euitari iurisdictionis amplius non potest. l. sed & susceperit. ff. de iudicijs, sed imperatoris iurisdictionem iam semel approbate dicuntur Genuenses, cum debito tempore t. declinatoriam non proposuerint, ut omnes scribunt in d. l. sed & si susceperit Practicus Papiensis in forma declinatoria, in uerbo nec fuisse num. 1. Foly. in cap. Pastoralis, de exceptio. euitari ergo imperatoris iudicium non potest. Hæc me non parum hæsitantem, ut contra excelsum hanc Genuensium Rempubliacam sentirem, reddebant.

Re tamen ipsa diligentissimo studio omni que cura & opera perpenfa, totus in contrariâ sententiam discessi, Ferdinadud imperatoris nostrum Angulifis. huius controuersie iudicem non esse competentem, quod ut dicam, multis adducor rationibus, & argumentis.

Primo eo adducor fundamentum. Competens & t. ordinarius is est iudex, qui rei conuerti iudex est, glo. in cap. 1. §. ultimo de prohib. feudi aliena. per Frider. omnes in l. ultima, de iurisdictione omnium iudicum: at imperator Genuensium ordinarius iudex non est, cū ab eius iurisdictione & imperio liberi & exempti sint, eigo iudex eorum competens non erit. maior est probata, minor uera sic multis demonstratur, eaque ratione t. prima, quod liberi summa natura & origine omnes. l. libertas. ff. de statu ho. l. manumissiones. ff. de iusti. & iure. §. 1. Inst. de libertinis, hinc diximus non seruitutem, sed t. libertatem, ut potè iura naturali consentaneam præsumi. l. altius. C. de seruit. & aqua. ob id in nostris terminis respondit Iaf. consil. 60. colu. 3. in princip. lib. 1. feudalem rem non esse, sed liberam. alia congerunt plura Cur. Iun. consil. 140. num. 4. Parisius consil. 20. colu. 1. libr. 1. Alciat. late Tract. præsumpt. 3. Crauet. consil. 111. num. 9. & in specie ex relata regula respondit Decius consil. 360. num. 4. in dubio non præsumi t. unam Ciuitatem esse subiectam alteri, consubuit enim Dec. pro Ciuitate t. Saouæ, an subsisteret Ciuitati Genuæ, ut in eadem met facti specie consuluit Curt. Iunior. consil. 124. aduersus quos, in indituiduo eiusdem casus, consuluit Ruinus consil. 1. lib. 4. & ad rem magis, sua origine t. Genu. non esse alicuius imperio subiectos demonstratur auctoritate uiri diligentissimi ac antiquitatum obseruatoris fidelissimi Dionysii Halicarnasici, qui libro primo

43 Antiquitatum Roman. in hac verba scribit. Alij Rursum Ligurū colonos eos fuisse fabu labuntur, Vmbri consinium. Ligures enim & Italiae quādam partes habitant & Gallia, incertum ab utra profecti patria, nam haec tenus incomperta origo eius gentis est. Sed scriptorum Romanorum doctissimi, & in his Porcius Cato, qui diligentissime scripsit de conditoribus Italicarum urbium, Caiusque Sempronius & aliquot alij, Græcos eos esse affirmant profectos ex Achaia multis ante bellum Troianum ætatibus, nec tamen diserte tradunt, ex qua Græca natione, qua uè urbe migrauerint, ac ne tempus quidem, aut Diuicem coloniam, aut quo casu antiquam patriam reliquerint, tantum fabulam secuti Græcanicam nullius Græci authoris eam confirmant testimonio. Itaque rei ueritas, quomodo se habeat incertum est, quod si istorum sermo sanus est, non possunt esse coloni alterius generis, quam t Arcadici, hæc ille. Libertatem autem hos populos, ad tempora illa vsque Magonis, (cuius paulo ante meminimus) iam misisse & in Romanorum potestatem Ditionemque uenisse scriptorum nemo est, qui affirmet. Quin? nec iam relati Luius & Plutarchus id sentiunt, nam Luius eo t loci quem supra retulimus lib. 2. secundæ decadis, subdit post relata verba hæc ipsa. Quas ob res placere Senaui. M. Pompilium Cof. Ligures pretio emptoribus, ipsos restituere in libertatem, bonaque ut ijs, quidquid recuperari possit, reddatur curare: arina quoque tempore fieri in ea gente: Consulê de provincia decedere cum deditos in suam sedem Ligures restituisent: claram victoriam uincendo oppugnantis, non seuiendo in afflictos fieri. qui sanè locus Genuensium libertatem potius, quam subiectionem ostendit, quod is aliquo tempore constare potest Genueses imperio paruifce, iam clarius constat anno salutis nostræ 1162 Friderici liberalitate plena libertate donatos immo in antiqua confirmatos, quod fecit & Henricus Friderici successor anno. 1191. ut Nebiensis Episcopus in sapius citatis Annalibus scripsit, & ex nostris multi affirmant, ut Baldus consil. 182. casus est. Rex Cipri libro. 5. quo loci ingenuè testatur, Genuensium Rempubl. nullum, vel imperatorem, vel Regem, aliuuè in superiorem ac dominū recognoscere, qua autem t uixerit ætate Baldus Perusinus norunt omnes, ex marmore in ædibus Diui Francisci huius Ciuitatis. in humanis enim agebat ante annum. 1400. cum eo anno. 31. 4. Calen. Maij uita sanctus sit, & Gregorii. 11.

Pontificis maximi præceptor fuit, ut in illius Gregorii uita scripfit Platina, ex quo etiam intelligimus, Gregorium illum anno. 1371. Pontificatum assecutum fuisse Genuen. quoque ab omni nexu seruitutis & subiectionis solutus esse testatur Andreas Barba. Siculus consil. 38. colum. penul. versicul. præterea dicitur in isto lib. 1. qui respōdit Genuum tempore, quo aliquas cum Regibus Aragonum inuit conventiones fuisse in plena & absoluta libertate, quod forte cōtigit propè annum. 1315. quo tempore Robertus Aragonis Rex unā cum Joanne. 22. Pontifice Maximo ea Ciuitate potitus est, ut rerum diligentissimi annotarunt scriptores, ab eo itaque anno. 1335. ad annum usque. 1379. Diuos Imperatores aliquos in ea Ciuitatem, uel imperium uel iurisdictionem exercuisse, nemo est qui scribat. Quin? ex nostris Decius consil. 534. num. 1. & consil. 649. num. 2. dum Pisis doceret, respōdit Genueses superiorem non recognoscere, id enim cōtingit prope annum. 1315. idem clarè affirmat Restaurus Castaldus Tractat. de imperatore. q. 54. nume. 20. Quare factum est, ut iusta optimaque ratione permotus Diuis Carolus Quintus, eo anno. 1529. cum per aliquot dies in ea Genuensi Ciuitate commoraretur, hæc ipsam a Romano Imperio illæsam libertatem esse uoluerit, suoque amplissimo confirmauerit testimonio, Genuensium Rempub. ab immemoriali tempore citra esse in quasi possessionem libertatis affirmans, quæ uerba in suo uero ac potentiori (ut iuri conuenit) significato sumpta, ostendunt Genuensium Rempubl. etiam a superioritate imperij liberam exemptamque fore, cum præsertim si mus in t beneficio Principis, ex quo concessio ei tantum nocere potest, iuxta declarationem Iaf. in l. Beneficium num. 25. ff. de legibus, quod beneficium latam habet ac amplam significationem, ut in nostris terminis affirmarunt Roma consil. 271. Iaf. consil. 45. colum. 2. versic. tertio moueor quia lib. 1. & Crauet. consil. 209. num. 7. sensus iste, ex claris illius Priuilegij, seu uerius concessionis Beneficii uerbis elicitor, dum affirmauit imperator in controversiis Genuensium iudicem esse adeundum, ex his ostendens Rempubl. illam supremi Principis locum tenere, quæ sanè t assertio, & si non alteri, ipsi tamen assertenti non mediocriter adfert detrimentum l. quidam ff. de proba. l. optimam. C. de contrah. & cōmitte. stipula. Soc. Sen. consil. 214. col. 4. lib. 2. Dec. consil. 42. in quarto dubio. Crauet. Tractatu de antiquitate, temporum parte prima

tertia particula, quæ incipit propositum. nū. 19. qui nume. 20. subicit ex Socini Senioris sententia uerba hæc detrimentum adferre ad sentibus, actui tamen consentientibus, sic idem Craue. respōdit consil. 97. nū. 10. quod ipse in imperatore etiam nosto hoc casu uerum intelligo, cum uerba illa sint principaliter & propter se prolata, iuxta quæ latissime scribit ipse Craue. d. tertii particula. num. 16. 17. Quæ sanè assertio totam hanc dirimit que stionem, nisi modo, cum maleuolis, & qui per cauillos & anfractus rem clarā ponant in ambiguo, agamus, quorum leuibus offendiculis & obiectionibus, ut occurram que forte huic assertioni obici possent dissoluam illisque pro uiribus satisficiam.

Non ergo illud primum Genuensium aduersatur libertati, esse a Diuo Carolo concessum Priuilegium. t saluis Romani Imperij iuribus. quoniam uerba hæc, nō eum habent sensum, quem aliqui male opinantur reseruatū intelligi imperij ius, ostendiq; Romanū Imperium supremam illam in Genueses habere potestatem, ut uisus est sentire Restaurus Castal. tractat. de imperatore. q. 110. in casu 330. reseruatō. nam notum est ita omnibus, ut nec id ignorent uix iuris initiati t reseruatōnem illius esse naturæ, ut ius quod est conferuet, non nouum adferat, quod ipsa uerbi significatio ostendit, & satis probatur in l. at si quis. §. pleriq; de religio. & sump. fune. in l. 3. §. 1. ff. quib. modis pignus uel hypo. soluitur l. 3. §. pen. ff. de libero. hom. exhiben. & post Angelum Socinum & alios consultus respōdit Craue. noster in consil. 39. num. 8. consil. 144. nū. 15. & consil. 289. num. 3. eiusdem addo sententia Ruinum consil. 40. nume. 7. consil. 99. nū. 10. lib. 1. & Socinum superiorum consil. 134. nū. 86. lib. 3. hinc dicere solems reseruationem si ultra appositam, eum nullum subest ius, quod reseruari potest. l. si uenditione in fine. ff. de legatis primo; ubiq; annotarunt Bar. & Iafon. & interrogatus respōdit Crauetta consil. 15. nume. 2. consil. 33. num. 20. vers. sexto decidi; consil. 79. nū. 6. consil. 216. num. 6. q. uifcite ac docti. pro illius more, alios plures in hanc retulit sententiam, huic ergo satisfactū est obici, eum demonstratum minime fuerit, ante huius reseruationis tempora, Imperio suppositam fuisse Genuensium Rempub. Responderi etiā secundo loco sic posse arbitror, clausulam saluis Imperij iuribus, intelligi si ius aliquod alia ex causa, quam ex expressis in priuilegio, & concessione, competeret. ut om

45 nium primus ex facto consuluit Oldra. consil. 330. col. ult. quem secuti sunt Gomef. in Commenta. ad regulas Cancellariæ. De non tollendo iure quæfito. q. 1. pagina vltima. versic. postremo, & Parisius consil. 16. nume. 30. consil. 70. nū. 12. lib. 1. nec aliter loquitur si rectè pendatur Restaurus. d. casu. 330. cum ergo nō modo absoluta libertas in genere, sed & fori priuilegium in specie (ut retuli) in eo priuilegio expressa fuerint, sequitur clausulam illam Imperij subiectionem non arguere. Potest responderi, & tertio, t clausulam illam in fine, in uerbisque executiuis positam esse, quare nihil operatur, ut in specie respōdit Dec. consil. 413. num. 8. 9. & conferunt, quæ passim nostri scribunt, clausulas & uerba in executiuis positā nihil operari, ex illo tex. Clem. 1. de præben. ut. docuit Iaf. in l. ius ciuile num. 8. de iust. & iure consil. 6. col. 5. lib. 3. & consil. 99. col. 3. lib. 4. Dec. consil. 423. num. 19. & egregiè consil. 500. num. 9. 10. Cur. Iun. consil. 1. num. 2. consil. 56. nū. 3. & consil. 131. nū. 6. Ripa. l. qui Romæ. §. duo fratres nū. 45. de uerbo. obliga. Soc. Iun. consil. 91. nū. 25. lib. 3. cæteros sciens prætereo. Non aduersatur pariter huic sententiæ, illius Priuilegij seu concessionis uerba dum t Genua, Camera Imperialis appellatur, quæ fortè uerba ex aliquorum opinione, iuxta cōmūnem loquēdi usum intelligere debemus, locum esse imperij, imperatoriq; subiectum, ut potè, quod Imperator ius Camera, quæ Imperialis dicitur, in ea ciuitate habeat, qui sanè t communis loquēdi usus obseruandus maxime est. l. liberorum. §. quod tamen Calsius, deleg. 3. l. Labeo. §. idè Dubo, ybilatè Bart. ff. de suppellect. lega. latè, docti, & egregiè Didacus lib. 3. uaria. resolu. capit. 5. nū. 1. Rolandus a Valleuir consultissimus tracta. de Lucro dotis. q. 6. nū. 6. Huic difficultati tri satisfactum sic puto, si dicamus uerba illa ostendere, nō imperatorem in ea Ciuitate & Rempub. Camera, sed ciuitatem in se, ad sui cōmodum imperij iura & cameram habere, quasi ostendere uelut imperator, Rempub. hanc excelsum, quoad sibi subditos summo potiri Imperio, iusq; sibi habere, multis hic sensus suadet. Primo quia si alius sume retur, sibi parum constans uideretur Imperator Carolus Quintus, posteaquam attestatus est hanc Rempub. ab immemoriali tempore citra, esse in quasi possessione libertatis, quæ libertas in potentiori, significato sumpta (ut sumi debere paulo ante diximus) ostendit libertatè esse a superioritate imperij, quo fit, ut euitanda omnino sint t pugnantia cap. inter

dilectos de fide instrumenti cuius argumen-
to affirmant ex nostris quamplurimi omnem
dispositionem sic debere intelligi, ne repugnā-
tia in ea reperiantur Dec. in l. vbi repugnā-
tia in fine de reg. iuris. & consil. 517. num. 4. Al-
cia. tract. præsumpt. reg. 2. præsumpt. 31. Boc. q.
252. nu. 1. 2. Soc. lun. consil. 125. num. 16. lib. 1.
Parisius. consil. 102. nu. 19. lib. 1. ceteros consi-
lulō omittam. Suadetur secundo hic sensus,
quā solent hæc Respub. libertate donata iu-
ra fieri, & imperij in se & ad sui commodum
habere, quod egregiè docuit Bart. in l. con-
ctos populos num. 50. in fine. C. de summa
trini. & fide catol. cuius sententiam probavit
Baldus in l. 1. in fine. C. de hered. & actio. uend.
& si eo loci malè opinetur Baldus, Principi
supremo reseruat, concessa non censerij, qua
de re suo loco fufus. Confirmatur tertio
exemplo aliarum ciuitatum & Respub. quæ
libertate fruuntur absoluta, ut in Ciuitate
Venetiaram, quæ ut omnimoda libertate frui-
tur, sic nec Imperatorem ipsum recognoscit,
quod docuit Bart. in l. hostes. ff. de captiuis &
postlim. reuer. Baldus in rub. ff. de rerū diuis.
col. 4. & post multos Iaf. in lex hoc iure num.
26. de iust. & iure in l. cūctos populos prima
lectura nu. 1. C. de sum. trin. & fide catol. &
consil. 70. col. 2. lib. 3. Restaur. Castaldus tract.
de imperatore. q. 54. nu. 9. qui multis affirma-
uit feruētissimam Venetorum Rempub. nec
de iure, nec de facto imperatori subesse, ob-
idque non licere imperatori ipsi in illorum
locis, & ciuitatibus, voluntariam etiam iu-
risdictioem exercere, quod in eadem met fa-
ctis specie consultius respondit Ruinus consil.
66. li. 3. nec aliter responderunt Parisius consil.
2. nu. 12. lib. 2. & Soc. lun. consil. 100. nu. 10.
Ii. 2. qua ratione factum est, ut Raphael Fulgo-
sius consil. 62. stante statuto. co. l. 2. & Comen-
sis consil. 72. visis pactis in fine Ciuitatem Ve-
netiarum cōmunem hodie dixerint patriam,
quod dixit & Gomies. Hispa. in. §. fuerat. nu.
5. in l. de actio. idem olim de Nobilissima Flo-
rentinorum Repub. dicebatur, cui nunc præ-
est. † Cosmus Medices Dux prudentissimus
simulac liberalissimus, cuius in rebus publi-
cis administrandis, curam, studium, prudenti-
am, summamque vigilantiam, est, quod cæ-
teri uniuersæ terrarum orbis Principes ante
oculos habeant. Hæc ergo † Florentinorum
Ciuitas nec imperatorem, nec alterum olim
recognoscebat superiorem, ut ex nostris affir-
marunt Soc. Sen. consil. 273. col. penul. lib. 2.
Iaf. consil. 70. col. 2. lib. 3. Fely. in cap. cum non
liceat. col. pen. vers. Quarto cōsidero de præ-

scriptio. Dec. consil. 357. nu. 2. Purpura. in l. 1.
nu. 329. ff. de officio eius cui mand. est iurisd.
Restaurus Castald. tract. de imperatore. q. 54.
nu. 11. & rectè sentiunt, mea sententia, quan-
doquidem illa † Respub. (ut auctor est Platī-
na in uita Honorij Quarti Pontificis maximi)
numeratis sex milibus coronatis à Rodolpho
imperatore libertatem assecuta sit. Idem de-
† Lucensium Repub. eo loci literis prodidit
Platina, quæ numeratis duodecim milibus
goronatis eandem sibi acquisiuit libertatem,
cuius rei meminit & Fely. statim relatus, &
Dec. consil. 528. n. 2. & Restaurus. d. q. 54. nu. 12.
qui uno ore affirmarunt, non licere imperato-
ri eas quouismodo uexare est: ergo dissolutus
hic obex, qui malè creditur fortissimus.

Non quoque nostræ huic sententiæ aduer-
satur, imperatori non licuisse imperij iura &
supremam illam potestatem in Genuefēs tran-
sferre, ut uisus est sentire, quem paulò ante ci-
tauimus Baldus in l. 1. in fine. C. de hered. &
actio. uend. cui accedunt Longouallius in l.
imperium nu. 256. ff. de iurisd. om. iud. Carolo-
lus Moljneus in consuetud. Parisiensis titu-
lo. §. 1. gl. 5. nu. 13. 54. & Didacus Couarr. libro
practicarum quaestionum cap. 4. nu. 1. in fine.
Quoniam uno uerbo satisfacio, ueriores &
crebriorem esse eorum sententiam, qui aliter
fenserunt, iura scilicet Imperij, supremam po-
testatem ac illa demum supremo Imperatori
& Principi reseruatā transferri cōcedi uel posse,
ut huius fuit sententiæ sibi parum constants
Baldus consil. 64. lib. 1. Ange. in l. Imperium.
col. 2. vers. ex prædictis etiam de iurisd. omni.
iud. Castren. consil. 63. Quod dicti reditus sa-
lis lib. 1. Roma. consil. 271. uisā tota latè Iafon
consil. 45. col. 2. 3. lib. 1. & consil. 161. lib. 2. Ru-
beus consil. 58. & alios plures retulit Craue:
consil. 209. num. 8. addo Balbum in tracta. præ-
scriptio. 2. parte quinta partis princip. col. 2.
Soc. Iunio. consil. 80. nu. 40. lib. 3. qui uerum
affirmauit, quando in concessione adhibita
sunt uerba multum generalia ac uniuersalia,
unum hoc est † reseruatā in signum supremæ
potestatis transferri posse, quod eorū auctori-
tate confirmatur, qui negant imperatorem
his in locis legitimare posse spiritus, nec crea-
re notarios, qui actus supremo Principi refer-
uata sunt. Sic interrogati responderunt Iafon
consil. 70. col. 2. lib. 3. Ruinus consil. 66. lib. 3.
Soc. lun. consil. 100. nu. 10. lib. 2. Paris. consil. 2.
nu. 13. lib. 2. Confirmatur ex crebriori uerō
rique eorum sententia, qui affirmarunt, † re-
seruata imperatori, & Principi in signum su-
premæ potestatis, centenaria præscriptio
acquiri

acquiri præscriptiq; posse, ut hanc ueriores ac
receptiorem doctorum opinionem ostendit
& uetust Craue. tracta. de antiq. tempo. quarta
particula quartæ partis principalis nu. 73. &
72 in specie † ciuitatem iura Imperijque superio-
ritatem posse præscriptione acquirere, con-
sultit Oldra. consil. 69. consueuit col. 4. vers.
Nec obstat, quod dicitur † Imperium: cuius
respondum retulit & extendit Craue. qui statim
fuit relatus nu. 76. in fin. procedere etiam
in priuato: addo eiusdem sententiæ Balbum
tract. præscrip. in. 5. parte princip. q. 2. Ruin.
consil. 21. col. 2. lib. 1. Cur. lun. consil. 138. nu.
16. Albā consil. 62. nu. 34. consil. 64. nu. 91. 92.
Soc. lun. consil. 76. nu. 86. 87. lib. 1. Rolandum à
Valle consil. 3. nu. 82. 83. qui duo posteriores,
sic consuluere in causa Marchionatus Montis-
ferati, quæ Marchia eandem habuisse dicitur
originem, quam habuit & hæc Finarij. &
idem tandem sensisse uisus est Restaurus Cas-
taldus tract. de imperatore. q. 54. nu. 7. Hæc
78 et fortius procedunt, quo uerè intelligimus
excelsam hanc Rempub. non modo primæ,
79 uerum & † secunde ac tertie appellationis cog-
nitionem habere & a iudicatis per illius Mar-
gistratus, ad alium recursum non dari ex quo
intelligimus iura imperij ac supremæ potesta-
tis apud eam esse: sic Craue. consil. 209. num.
10. Didacus libro Practicarum quaestio. ca. 4.
nu. 6. ex quibus cessat hæc difficultas, cui etiā
secundo loco responderi rectè potest Baldus
Molinæum Didacum & ceteros, qui iura &
Imperij superioritatem non posse transferri
affirmarunt, loqui, cū Dominus & superior,
seu, ut Castrum, oppidū, Ciuitatem uel
Prouinciam concedit: at nos extra hos termi-
nos uersamur, quandoquidem nihil Carolus
Quintus nihil ceteri illius antecessores huic
Reipub. concesserunt, sed solum affirmarunt
eam liberam, quod intelligitur etiam ab impe-
rij superioritate, cum alioqui eorum assertio
& concessio nihil operaretur, contra regulā.
Isti quādo in prin. de leg. 1. & infra statim sub-
iiciant. Non pariter illud aduerfatur, con-
74 cessionem hanc seu † Priuilegium, uel benefi-
cium potius, à Carolo Quinto & ceteris con-
cessum illorum personam non comprehendere
iuxta textum l. inquisitio. C. de solutio. C. de
cap. qui quis. de præbendis, & pulchre apud
Ruinum consil. 83. col. ult. lib. 5. Gozad. consil.
76. nu. 14. & consil. 101. nu. 20. Quoniam re-
75 spondetur primo, † in fauorabili dispositione,
& concessione etiam concedentis perso-
nam includi, ut post Socinum Seniore con-
sultus respondit Craue. consil. 274. nu. 12. nos

autem in fauorabili dispositione uerari du-
bium nemini est, & iam ostendimus. Respon-
detur secundo ex subiecta materia conceden-
tis personam in concessione comprehenditur,
eo consil. 274. nu. 12. uer. tertio respondeo af-
firmauit post Cynum & Corneum, quos re-
tulit. subiecta autem materia hic docet, uerè
agi de ipsiusmet imperatoris persona, & supe-
rioritate, cum de alterius superioritate & Im-
perio eo tempore fuerit nec sit nunc dubita-
tio. Respondetur tertio hanc concessionem
77 esse † ex certa scientia factam, quam obrem cō-
cedentis personam includit: sic respondit Go-
za. consil. 76. num. 11. in fine. Respondetur
quarto, quod cum (ut statim dixi) de alterius
superioritate hic non ambigatur, est enim in-
dubitatum eo tempore anni. 1529. cum Carolo
Quinto aasseruit, excelsam hanc Rempub-
licam liberam esse, nullum superiorem reco-
gnouisse, sequitur imperatoris personam hic
78 † comprehendi, ne frustra operetur concessio,
79 contra l. si quando in principio de lega-
tis primo † quod in priuilegijs procedit etiam
si ius tertij læderetur, Dec. l. 1. in fine. C.
de secundis nuptiis, & quauis materia stricte
in interpretanda uerba ita sumuntur, ut ali-
quid operentur, Calde. consil. 6. in fine in tit.
qui filij sint leg. ubi in dispensatione loquitur
in renuntiatione Aret. consil. 104. col. 3.
u. l. ultimo egregie Craue. consil. 272. num. 7.
consil. 294. nu. 3. quod fortius intelligit Soc.
lun. consil. 94. nu. 20. lib. 3. etiam si uerba uix
conuenient.
Secundo loco, cum re ipsa ostenderimus
Genuensium Rempub. superiorem aliquem,
nec ipsum quidem supremum imperatorem
recognoscere, sequitur huius controuersie
iudicem esse competentem ipsius ciuitatis &
Reipub. ordinarium hoc eo argumento dem-
onstratur, quo uisus sumus in 4. fundamento
dum in contrariam argumentarem partem
ratione rei sitæ competens dicitur iudex, qui
incompetens alijs dici potuisset cap. sane de
foro compe. ff. de Finarij regio, & Marchia est
80 intra Genuensium fines posita, ordinarius er-
go Genuensium iudicare poterit, minor illa
propositio multis probatur. Et primo argu-
mento ab extremis sumpto, cum locus Finarij
sit collocatus intra Coruum & Monachū
81 † Genuensium confines, ut testantur Geogra-
phi omnes, & Plinius libro 3. Naturalis Histo-
riae capi. 5. ostendit a Nicea Mafsiliensium uis-
82 que ad Albam † Pompeiam Asiam & Aquas
83 Statyellorum acti Pollentiam oppidū: & præ-
sertim Leander Albertus Bononiensis, qui
ostendit

ostendit Finarium intra hos cōfines cōprehen-
 di continerique, est ergo intra fines Genue-
 nium, ut annotarunt omnes in l. Celsus. ff. de
 usufrucap. Soc. Sen. consil. 86. colum. 2. versicul.
 tertia conclusio, & consil. 127. colum. 3. lib. 1.
 Dec. consil. 528. num. 2. Parisius consil. 15. nu.
 9. consil. 27. num. 13. lib. 1. Craue. consil. 54. nu.
 me. 9. quæ sane argumentatio dubio procul
 præsumptiue saltem concludit, vt docuit Ab-
 84 bas in cap. accedenti bus nume. 6. de priuileg.
 85 & relati doctores, quæ præsumptio hoc ope-
 rat, ut probandi onus in aduersarium reij-
 ciat. l. generaliter. §. si petitum in fine. ff. de fi-
 deico. liber. & Dec. consil. 540. nu. 11. Bru. con-
 sil. 109. num. 1. late Didacus lib. 2. uaria. resol.
 cap. 6. nu. 1. Nec ad rem confert, si quis obice
 ret ex instrumento iutate conuentionis anno
 1340. constare habere districtum separatim a
 finibus Nauli ad fines Petræ, quod ostendunt
 & Blondus, Leander Albertus, Nebiensisque
 Episcopus, in illius loci descriptione. Nam
 (vt admonui) ad rem non confert, quoniam
 singularis specialisque loci designatio non ef-
 ficat, quin in suo toto contineatur, hoc ad
 sensum patet, habet Liguria, ut Liguria est, suos
 distinctos fines, vt tñ vniuersa Italix prouin-
 cia continetur, sub integro illo corpore com-
 prehenditur, ut membrum in toto corpore
 continetur, considerata ergo Liguria, ut tō-
 tum integrale, Finarium, ut partem, cōprehen-
 dit: nec sequitur est Finarium, ergo nō est Ligu-
 86 ria pars, ut animaduertunt nostri iur. quæ u-
 sum fructum vbi laf. nu. 9. de verborum obli-
 gatione & per Egerardam in centuria legalit
 in argumento De toto ad partem, quo loci
 ostendit non licere argumentari, est pars ergo
 est totū: est partes, ergo est domus: ut si dicerem,
 est Finarium ergo est Liguria, sed bene
 sequitur est Finarium ergo est pars Ligurię, uel
 contra est Liguria ergo & Finarium, ut pars
 sub toto continetur. Confirmatur secundo
 minor illa propositio, quod iam clare cognouimus
 87 t Marchiones Finarij per tempora penē
 in memorialia Genuensibus fidelitatem iurasse
 ac prestiuisse, nā vt scribit Nebiensis Episcopus,
 anno 1227. mēse Maio fidelitate tunc iurauerunt
 illius ætatis Marchiones, inuestituras sumpserunt,
 quod clarius patet ex laudo ab Antonio Adurno lato an. 1385. ad quod
 confirmandum statim illi Marchiones a Ge-
 88 nuensibus inuestituras sumpserunt, seruari-
 que fidelitatem hanc debitis temporibus no-
 uas inuestituras sequantiarum renouari accipiendo
 usque ad annum. 1482. satis ergo superq;
 demonstrat, Genueses huius Mar-

chionatus directos dominos iusto ex titulo,
 & longissimi temporis præscriptione factos
 esse, cum præsertim t̄ tanti temporis præscrip-
 88 tionis, non vtile modo, sed & directum ac-
 quiratur dominium, sic Iacobus Alua. in cap.
 2. de feudo non habentur propriam naturam
 feudi. Abbas cap. ad audientiam colum. ulti.
 de præscript. Balbus Tract. Præscriptio, quar
 ta parte principali. q. 12. principali uerbi, quar
 to quæro, qua de relatijs in quarto articulo
 attingemus.
 Nec solidissima huic confirmationi aduer-
 santur, multa, quæ solent adferri, ut illud pri-
 mum de concessione ab Otthone secundo, qui
 anno salutis nostræ. 966. imperauit: ut etiam
 illud secundum, quod de inuestitura Caroli
 Quarti concessa anno. 1355. quoniam illa
 nihil fuit impedimento, ut abunde demon-
 strabimus infra in quarto articulo quo loci
 ostendimus etiam huic Marchioni, non prodesse
 susceptam inuestituram per Alphonsum
 seniore huius aum a Maximiliano tūc
 imperatore anno 1482. Minor itaque pro-
 positio ualidissimis probata argumentis satis
 superque intelligimus huius controuersie iu-
 dicem fore competentem Genuensium ordi-
 narium, quem adire Marchionis partes erant,
 sic recte docuit Fely. in ca. cum uenissent, nu.
 5. versicul. secundo limita de iudicijs, qui sanē
 89 t ordinarijs si iustitiam administrare recusa-
 set ad Pontificem maximum confugiendum
 illi erat, ut docuit Abbas in c. nouit, ubi Dec.
 nu. 8. de iudicijs, & Fel. d. c. cum uenissent nu.
 5. versicul. secundo limita. eo. & in cap. cum non
 liceat num. 10. de præscriptio. Cur. Sen. consil.
 66. super præmissa colum. 4. in fine idem in
 additio. ad lafon. in l. cum cōtos populos prima
 lectura num. 11. in uerbo domino. C. de sum-
 ma Trini. & fide Catholica, quo loci eiusdem
 sententia citat Archidia. affirmant enim re-
 lati interpretes Principes & Dominos supe-
 riorem non recognoscentes (ut excelsa hæc
 Genuensium Respubl.) sub Pontifice: Maxi-
 mo esse conuenientes. Nec est, quod obijciat,
 90 necesse minime fuisse confugere ad Ge-
 nuensium officiales, t̄ quia cum Genuensibus
 ipsi sint suspecti, sic & eorum officiales, ut re-
 spondit Brun. Aftenfis consil. 11. nu. 9. quia re-
 spondetur uerius esse ut officiales non sint su-
 specti, ut quotidie uidemus Imperatorem Re-
 ges, Duces, & similes officiales consiliuers,
 qui tam contra eos quam contra in feriores co-
 gnoscunt, quam sententiam probant cre-
 briore calculo Doctores in l. qui iurisdictioni
 de iurisdictione omnium iudicium, quo
 loci

quo loci Dec. num. 6. ex Castren. sententia af-
 91 firmavit t̄ suspectum in cognoscendo, non ef-
 fe suspectum in delegando, poterat ergo Mar-
 chio adire officiales Genue, uel delegatum in
 causa constitui petere, apud quem de rei ueri-
 tate quæreretur, nec aduersatur illud Bruni
 responsum, qui dum nume. 3. Castren. senten-
 tiam probat, hanc ipsam nostram confirmat.
 Tertio loco dato, non tamen (ut dicere so-
 lemus) concessio, Finariense feudum non
 esse Genuensium Reipublicæ, attamen adhuc
 constat clare & absolute, esse feudum imperii
 92 quo fit, ut hac pendente habitatione, t̄ quali-
 tas hæc, e qua iurisdictionis principium &
 fundamentum sumitur, executiua prius fue-
 rit, vt docuere Inno. in cap. super literis, de re-
 scriptis Bart. l. præscriptio num. 8. C. si con-
 tra ius uel util. pub. Alexand. l. 2. num. 16. ff. si
 quis in ius uoca. non ierit, & consil. 1. num. 11.
 lib. 5. Soc. Sen. consil. 187. colum. versic. præte-
 rea lib. 2. Cur. Junior consil. 124. num. 6. Cra-
 uet. consil. 196. nume. 5. Grammat. uoto. 11.
 num. 7. Plotus. l. si quando num. 826. C. vnde
 ui, qui in his fere terminis præsertim Cur. Ju-
 & Soci. loquuntur, debuit ergo qualitas hæc
 an feudum Finarij esset imperii, uel non, ante
 omnia ad iurisdictionem fundandam cognosci
 & finiri, in qua t̄ qualitate finienda iudex cō-
 93 petens esse non potest imperator noster, cum
 se huius Marchiæ directum dominum (ut dixi-
 mus) credat, sic post Abbatem clarē docuit
 Dec. in d. cap. cæterum num. 18. de iudicijs in
 claris nostris terminis laf. consil. 60. num. 2. in
 fine libro. 1. ex ea enim cognitione maximum
 feudum commodum, ob id non conceditur
 Dec. post alios in cap. ad audientiam num. 4.
 de appellatio. nec aliter sentiunt Abbas in ca-
 si clericus laicum num. 8. de foro competen-
 te Fely. in cap. super literis num. 27. versic. fal-
 lit. 7. de re scriptis, quod tanto fortius hoc ca-
 su procedit, ubi plenarie tractanda esset, licet
 94 enim, qualitas t̄ iurisdictionis fundatiua, tra-
 ctari tunc soleat summarie, cum plenior co-
 gnitio adhibenda est, ut respondit Alexand.
 consil. 1. numero. 10. lib. 5. attamen cum no-
 stro hoc in casu, nulla alia futura esset cog-
 nitio, plenarie hæc qualitas tractanda erat, vt
 egregie respondit Soc. Sen. consil. 59. colum.
 3. versiculo confirmatur, quia dicit Bartolus li-
 bro tertio, post Bartolum, quem citat cum er-
 go hoc in iudicio qualitas hæc excussa mini-
 me fuerit. Quip̄ dum contenderet Genuensium
 procurator diligentissimus, D. Octauianus
 de Nigro, feudum, non imperii, sed Ge-

nuensium esse, auditus non fuit, sequitur im-
 peratorem non posse nunc in causa cognos-
 cere, alias dubio procul nullum reddetur iu-
 dicium.
 Quarto dato, non cōcesso tamen, feudum
 Finarij, Imperij esse, attamen adhuc contra
 Genueses iudicare imperator non potest,
 tunc enim t̄ dominus directus inter uasallos
 de feudo contententes iudicet, cum illi se
 uasallos fatentur: at diuersum cum t̄ uasallo-
 rum alter, se illius uasallum esse negat, tunc
 95 enim ad eundem est ordinarius cap. 1. §. ultimo
 de prohib. feud. aliena. per Fridem. ubi Baldus
 num. 4. & ibi Afflic. in septima parte num. 2.
 qui hanc esse communem sentit, nec ab ea re-
 cedere est ausus. clarius sic respondit idem Bal-
 dus consil. 216. fuit quidam nobilissimus col.
 vt. lib. 2. Dec. cap. cæterum num. 9. versiculo
 secundus est, de iudicijs Soc. Sen. consil. 12. co-
 lum. pen. uerbi. & prædicta etiam procedunt
 lib. 1. clare idem Soc. Sen. consil. 187. in fin. lib.
 2. Brunus consil. 45. num. 9. sed nostro hoc ca-
 su, non modo negarunt Genueses se impera-
 toris uasallos esse, immò affirmarunt, se Fi-
 nariensium feudi dominos, non ergo iudex cō-
 petens esse potest imperator.
 Vltimo ex eo in hac adducor sententiam:
 quod ad fundandam iudicij iurisdictionem,
 scio maxime necessarium fore, ut petitionis
 96 causæque qualitas pendatur, præcipue
 in feudalibus, ut egregie respondit in termi-
 nis lafon consil. 60. colu. 3. versic. quarto prin-
 cipaliter libr. 1. sed hic petitio non fuit ratio-
 ne qualitatis feudi, iurisque feudalis, sed ut
 de iure communi Marchio t̄ spoliatus resti-
 67 tueretur, quo fit, ut non ipse dominus feudi,
 sed ordinarius spoliatoris, iuxta iuris commu-
 nis dispositionem ad eundem sit, sic clare in ter-
 minis respondit laf. d. consil. 60. colum. 2. uer-
 sic. secundo fortius post Alexand. consil. 79.
 colum. 2. versic. tertio fortificatur libr. 1. alios
 refert Bologn. in addit. ad Io. de Anna.
 consil. 84. num. 8. non ergo imperator erit iu-
 dex competens, etiā si feudi dominus præsup-
 poneretur, solida sunt hæc fundamenta, qui-
 bus in hac adducimus sententiam, & multo
 solidiora ostendemus, sublatis his, quæ in cō-
 trariam partem attulimus, quæ quo plura, eò
 infirmiora sunt.
 Non obstat ergo primum illud & præci-
 puum, quod adducebatur fundamentum,
 quoniam minor illa propositio, multis alio-
 qui eo loci confirmata rationibus, uera non
 est. Corruit enim illa prima confirmatio, qua
 diximus t̄ imperatorem esse totius Mundi do-
 minum

minu, nam, ut falsa est, sic eam validissimis rationibus destruit quatuor uiri cōsultissim; quorū loca recensere satis superque esse reor. Oldra. unus est ex antiquis consil. 69. consuevit, qui iure diuino, naturali, gentium, & ciuili, falsam hanc esse assertionem demonstrat quantum autem Oldrado deferendum sit, ne mo est, qui ignoret, cum is fuerit verus legū pater, ut meminit Castren. in. l. is qui putat, in fine, de acquir. posses. Soc. Sen. consil. 146. col. 6. in fi. li. i. deo Parisi. consil. 73. nu. 37. li. i. Oldr. autoritatē maximam esse testatur alter est ex recētionibus Didac. Couar. Hisp. inter iurecōsultos nostræ ætatis primarios ennume-
 99 randus, qui ob insignem t̄ eruditionē, meruit ut Episcopus designaretur, s̄ inquam in c. pec- catum in secunda parte relectionis. §. 9. de regu- lis iuris in. 6. qui multorum autoritati- bus & solidissimis iuribus & rationibus impē- ratorem totius mundi dominum non esse of- fendit, quod facit & Alcia. in l. 1. c. de sum- ma Trinit. & fide Catholica, & egregiē ac do- ctē Eguina. Baro Tractatu. de beneficijs fen- dorum lib. 2. ca. 7. hoc etiam ex eo demonstra- tur, quod cum hac propositio generalis mul-
 100 tum ac uniuersalis proponatur, ut in vno fal- sa est, sic & in omnibus. l. si is qui ducunt. in §. utrum. vbi Bartol. & Soc. ff. de rebus dubijs hanc ergo assertionem non modo in vno, sed & in multis falsam esse omnibus patet, nam primo uidemus Hispaniarum Regem Catho-
 102 licum. (ut Turcas, Saracenos, Indos, ceteros- que Barbaros, silentio inuoluam) Imperato- rem non recognoscere, uti testantur Gomef. in. §. fuerat. num. 5. Inst. de actio. Carolus Mo- lingus in consuetudine Parisiens. in princip. num. 20. sic t̄ Regem Galliarum Christianissi-
 103 mum, imperatorem non recognoscere, mul- tis late & subtiliter probantur Oldra. consil. 69. colum. 2. Ioan. Ignatius in. l. necessarios. §. non alias, quarta parte num. 38. ff. ad. S. C. Sil- la. idem in. l. donationes num. 3. C. de donat. Petrus Rebuffus in. l. vnica num. 52. C. de sen- ten. quæ pro eo quod interest profer. sic t̄ Se- renissimum Sabaudia Ducem, imperatorem non recognoscere scripsit Purpura. in Rub. ff. de off. eius cui mand. est iurisd. vum. 20. qua- re iusta ac æqua ratione est factum, ut se Dei Gratia Ducem affirmet, quo titulo se supe-
 104 riorē non recognoscere ostendit, sic Eguina- rius Baro doctissimus iureconsultus in Tra- ctatu de beneficijs feudorum libro 2. capit. 1. ex textu. capit. quam iure. 8. distinctione sic t̄ Ducem Mediolani in suo Ducato Imperato-
 105 rem non recognoscere affirmarunt Curt. Se

mior consil. 49. colum. 11. consil. 50. colum. 47. versi. nono & consil. 66. colum. 4. uerfic. sed præmissis consil. 74. colum. 29. latissimē de amplissima & absolutissima Ducis Mediola- ni potestate, tradit Lud. Bolog. consil. 1. colu. 17. uerfic. non obstat illud &c. quinimo in spe- cie paulo ante ostendi, quā plures Republ. esse a superioritate imperij liberas, ut illa Ve- netorum, Lucensium, & illa olim Florentino- rum, quin ostendimus in indiuiduo Kempu. hanc excelam Genuensium, nec Imperatorē aliumcū superiorē recognoscere, quod testimonio præfertim Caroli Quinti compro-
 106 bauimus. Cui non aduersantur illa, que in eo adduximus fundamento. De priuilegiōrū concessione, quæ subiectionem ostendit ex Riminald. d. consil. 268. num. 41. lib. 2. & de nominatione, quod enim de Priuilegiōrum concessione diximus, leue admodum est: nam illud tunc sibi locum uendicat, cum indubio- sum t̄ præsumptio enim, quādam est, non-
 107 concludens probatio & demonstratio, ut do- cuit Iason in. l. Decem num. 46. de uerborum obligatione, quæ sane præsumptio cessat in casu claro, ut in nostro. accedit, immo eo in casu loquitur Riminald. cum ex Priuilegio lex imponitur priuilegiato, qui actus superio- ritatem ostendit (inquit ille) aliās non, ut re ipsa uidemus. Principes externis Priuilegia concedere. Non pariter quod de nominatione diximus, aduersatur, cum illa t̄ assertio ac enuntiatio Genuensibus obesse non possit, nam constitutio Clem. 1. de probatio. tunc de-
 108 mum procedit, cum in antiquis sumus, at se- cus contra in facto recenti ut hic, sic Crauer. Tractat. de antiquitate temporum prima par- te num. 9. qui multos in hanc sententiam re- tulit eoque loci nume. 11. inquit tunc uerba t̄ enuntiatua Principis probare, quando plē-
 109 nē fuit informatus, quod hic non contingit rursum uerbis t̄ enuntiatuis Principis non sta- tur, quando iure suo quis priuaretur, sic amplissimē eo loci Crauetta nume. 16. Cuius loca retulisse sufficiat. cum is pro more mul- tos alios doctē & egregiē cōgerat. Rursum ces-
 110 sat hæc confirmatio, quoniam, non ipsis Ge- nuensibus sic fuit scriptum, sed diuersis, ut illi Alphonso Carreto & cæteris, qui in casu non loquitur. l. si filiusfamil. ad Macedo- nec doctores iam relati, qui loquuntur cum alicui datæ sunt literæ, quæ detrimentum ei afferre possunt, quibus is non contradicit. Non aduersatur quod adferri posset ex Decio consil. 360. num. 8. & consil. 361. num. 7. t̄ Ge-
 110 nuam recognouisse Regem Galliarum sicque
 superiorem

periore, & ob id liberam non esse, quia uno uerbo responderet, quoad imperium Genuā dicere posse, quoad te liberas ades habeo iuxta l. loci corpus. §. cōpetit. ff. si seruitus vend. Paris. consil. 100. nume. 63. consil. 101. nume-
 111 ro. 25. libro. 1. quæ sanē t̄ exceptio tua non in- terest litis finitæ dicitur, Crauet. consil. 182. numero. 8. & consil. 195. num. 7. accedit præ- terea sub Rege Gallorum fuisse olim de iure, sed de facto, ut testantur Historici omnes, & nunc re ipsa uidemus a nexu illo libera-
 112 tam. Non obstat nunc secundum illud principa- le fundamentum, quoniam illi est abunde satis factum, ex his quæ statim retulimus in tertio ac quarto nostræ huius sententiæ fun- damento, & in specie magis illa confirmando respondeo gl. d. cap. cæterum in fine de iudi-
 113 cibus optime loqui, dum affirmat, t̄ quod si de feudo controuersa sit inter uasallum, & al- terum non uasallum, Dominum feudi iudi- cem non esse competētē, ne in sua causa sibi iudicet, quod nec ipsi imperatori cōceditur ut infra subiciam, nec est, qui illi glōsæ ad- uerferet, nam Socinus d. capit. ex transmissa colum. sexta in fine uersicul. tertio limitatur, eam approbavit, dum inquit, quando conten-
 114 tentio est inter duos, quorum alter neget feudum superioris esse, apud quem conuen- tus est is superior iudex non erit competens, quoniam eo casu de eius commodo agitur, & subdit exemplum, quod multum ad rem con- fert, si ambigatur, an feudū ad ecclesiam, uel ad laicum pertineat, nullus ipsorū iudicabit, sed ordinarius erit competens illud quo sub- dit, quod si duo contenderent, & alter affir-
 115 maret esse feudum concessum ab uno domi- no & alter, nō ab eo, sed a suis predecessoribus cōcessum contēderet, is qui nūc dicitur feudi dominus non est competens iudex, quia alias suum ueri uellet factum, Nō pariter aduersa-
 116 tur t̄ Innocen. autoritas in capit. ex parte de foro competente, quia Innocen. præsupponit satis clarū esse de iurisdictione ordinarij & potestate domini, nemineq; litigantium ne- gare illū dominū talē esse, quoniam, non cōtin- git: sic t̄ Bald. in l. 3. col. 1. uerfic. quæro quid. C. si a non compet. iud. qui in eo secundo funda-
 117 mento citatur, difficultatem non facit, cum is clare loquatur eo casu, cum ambo contendē- tes fatentur rem esse feudalem, immo subii- cit Baldus, quod quando quis est expulsius a castro, cum multitudine gentium (ut ille ait) sicque ut armata, Præsidem illius provincie cognoscere debere, si ergo ex facto Genuensij

credebat Marchio se (ut asserit) spoliatum sui armatae provincie præfes erat aduendus, non feudi dominus, s̄ imperator, si modo domi- nus est, quod nō cōceditur, sic intelligo Aret. & cæteros in d. c. ceterū de iud. Iasonis autem autoritas in d. consil. 60. col. 2. uerfic. 2. & for-
 118 tius lib. 1. retorquetur, is enim clare affirmat, quod quando uasallus pretendit se ab aliquo spoliatum & contra spoliatorē uult agere, debere agere nō coram domino feudi, sed co- ram ordinario spoliatoris, cum tunc actor nō ex iure feudorum, sed ex iure communi inui-
 119 tatur, ut spoliatus ante omnia restituatur, quod supra retuli. Non obstat tertium, dum sic argumen-
 120 tabamur, imperator in propria causa, & suorum iudicare potest, sed feudum Finarij est proprium ipsius imperatoris, ergo &c. Respondetur utramque propositionē quoad terminos nostros minus ueras esse, nā maior est falsa, quandoquidem l. Et hoc Tiberius & l. proxime intelliguntur, contra suos sub-
 121 ditos t̄ non contra alios, hic egregie docuit Abbas in capitulo nouit numero. 16. de iudi-
 122 cis. Cuius sententiam est secutus Felyn. in ca- pitulo, cum uenissent num. 5. uerfic. Limita. primo eodem titulo de iudicijs, quo loci sic quandoque obseruatum testatur, idem cen-
 123 suit Socin. Sen. consil. 187. in fine lib. 2. Restau- rum Tract. de imperatore. q. 91. num. 4. ubi late quo loci paulo ante is retulit, omni casu ex-
 124 thonestate teneri causam alteri delegare, cum ergo satis superque fuerit demonstratum, Ge-
 125 nuensē nō esse imperio subditos, dubio pro- cul cessat hæc argumentatio. Est pariter fal- sa illa minor propositio, quoniam iam mul-
 126 tis ostendimus, feudum Finarij non esse impe- rii, sed Genuensium. Nec aduersatur, quod eo loci ex inuestitura, seu concessione Ortho- nis Secundi & Caroli Quarti allatum fuit, quoniam in Orthonis concessione nullū fun-
 127 damentum solidum Finarij Marchiones con- stituere posse clare demonstrabitur, nam ius se metiri affirmant si Marchiones a persona Alerami, seu Aledrami, uel ut uocant alij (Sa-
 128 bellicus præfertim) Almari, & Alafæ, seu Ada- lafæ. Quorum t̄ Historiam recensent multi, ut M. Antonius Sabellicus lib. 2. Nonæ Bnea- dis, Raphael Volaterr. lib. 4. Geographiæ in descriptione Regionis Subalpinae, & Leander Albertus in descriptione Montisferrati, & si t̄ in aliquibus inter se dissentiant. scri-
 129 bunt enim, Aleramum Ducis Saxonie Fi- lium, cum apud Orthonem hunc esset, Ada-
 130 laciæ Orthonis filiæ amore captum, data ite-
 131 ter

ter eos fide clandestinoque contracto matrimonio una simul è Regia domo aufugisse, & longo emenso itinere, ad Albignaunos peruenisse, ubi dissimulata utriusque persona, egregiam prolem procrearunt, tandem ab Albignaunenfi Antistite agnitos in Otthonis gratiam receptos fuisse. Conueniunt Sabellicus & Leander Albertus, Adalafiam septem susceperit masculos ex Aledramo, & Guglielmo Primogenito Otthonem illum

119 † Marchiam Montisferrati contulisse: secundo datam fuisse Saouonam scribit Sabellicus, tertio Ceuam, quarto Incisam, quinto Ponzonium, sexto Boschú, septimo Salutias, & si Sabellici codex in aliquibus corruptus circumferatur: Leander uerò Albertus, scribit Guglielmo Primogenito datam fuisse Marchiam Montisferrati, secundo Ceuam, tertio Ponzonium, quarto Boschum, quinto Salutias, sexto Saouonam, septimo Finarium. Sed ueriores credimus Sabellici Historiam, tum quia in Leandri Alberti annotatione nullum uerbum de Marchia Incisa, cum tamen certum sit ab Otthone concessam alteri filiorum. d. Alerami, tum etiam quia

121 † Marchia Finarii uná cum illa Saouonæ continetur, & istmet Marchiones Finarij se ab illis Saouonæ Marchionibus traxisse originem affirmant (si uerum modo id est) Raphael autem Volaterr. scribit Adalafiam † quatuor tantum masculos susceperit ex Aleramo, nec uerbum de his Finarij Marchionibus facit. Antiqua uerò Chronica Montisferrati, ut ex nostris meminerunt Parisi. consil. 23. nu. 235. 253. lib. 1. & Socinus Iunior consil. 76. nume. 63. in fine lib. 1. habent † Aleramum ex filia Otthonis secundi duos tantum susceperit masculos Bonifacium scilicet & Guglielmum, Bonifacium Aleramo patre adhuc superstiti, sine prole esse uita functum, ex Guglielmo autem descendisse ceteros Montisferrati Marchiones, quorum in numero non reperiuntur Marchiones Finarij † lineamque ipsius Bonifacij multis iam annis extinctam nemo est, qui nesciat, & testantur antiqua illa Chronica, ut Socinus meminit & scribit Volaterr. anno. 1305. hanc Aledrami Lineam defecisse, non ergo solidum aliquod fundamentum, est in hac cõcessione Otthonis constituendum, tum quia non constat hos Marchiones Finarii esse ex Aledrami linea, tum quia, si ex linea fuerunt illa dicitur iam extincta, & hist Chronica & Historiarum scriptoribus in antiquis maxime, nemo est, qui ambigat, ut apud omnes in. l. 1. ff. si certum petatur & in nostris ter

126 minis affirmant multi ex recentioribus, qui in causa Marchionatus † Montisferrati, (quæ Marchia eandem ab Otthone originem habuit) respondere, ut Socin. lun. d. consil. 76. num. 64. lib. 1. Alcia. responso. 199. Quinimo huius Marchionis partes erant † te talem probare, cum ei tot & tante aduersantur coniecturæ & præsumptiones, immo probationes, ut contra Marchionem Salutarium respondit Alciat. d. responso. 199. numero 20. 21.

127 Respondetur & secundo imperatorem non posse dicere hoc feudum Finarij esse imperij, ob illam Otthonis cõcessionem. Quoniam non feudalit, sed libera & absoluta concessio, cum translatione directi domini fuit, sicque donatio fuit, hoc multis potest demonstrari ex his præsertim quæ a Parisio consil. 23. libro. 1. Socino. lun. d. consil. 76. libro. 1. ab Alciato dicto responso. 199. a Gozad. consil. 8. & Rolando a Valle consil. 2. scripta sunt, & latius excutiemus infra in quarto articulo, quo loci offendemus pariter Illustrissimum hunc Marchionem in inuestitura Caroli Quarti fundamentum constituere non posse.

128 Non obstat quartum principale fundamentum quod supra aduersus Genuenses fuit cõsideratum, quia respondetur negando minorem illam propositionem, quæ diximus feudum Finarij situm esse sub Imperio, nam satis est iam relatis responsum esse demonstratum enim fuit esse intra fines Genuensium, ideoque non licuit Marchioni Alphonso huius Marchionis Illustrissimi auo à Maximiliano Imperatore re eo anno. 1482. inuestituras suscipere, quod latè verum esse infra in quarto articulo ostendimus.

Non obstat secundum illud principale fundamentum quo dictum fuit ratione perpetuitatis delicti imperatorem posse cognoscere. l. 1. C. vbi de crimine agi oportet. quia respondetur primo Abbatem & Rubeum ad eorum sententiam comprobendam, vnum præsupponere, Imperatorem scilicet totius mundi dominum esse, & ob id in uniuersum iurisdictionem posse exercere, & delictum perpetratum quouis in loco punire, quod tamen præsuppositum falsum esse demonstramus: multis in casibus, præsertim in Genuenses, quos Imperio subditos, non esse diximus: quam obrem etiam quoad Imperatorem personam, dictum illud, † vbi te inuenero ibi te iudicabo, intelligitur, ut in cæteris, quando scilicet delinquens inuentus fuit in loco delicti, & ipsius principis cuius latus fuit iurisd. ut verba

130 ba glo. d. l. 1. C. vbi de crim. agi oportet. ibi intelligunt Saly. & cæteri, & communem testatur Gramma. consil. 27. nu. 7. Respondetur dato. 2. non concessio tamen, Genuenses esse sub imperio, attamen, cum supra ostenderit Marchiam Finarij non esse sub Imperio, sequitur, quod etiam si Genuenses in ea deliquerint, ob violentam illam occupationem (ut fertur) attamen adhuc ab Imperatore conueniri non possunt, quandoquidem verior ac crebrior est illa interpretum sententia † iudicem ratione originis, vel domicilij cognoscere non posse de delicto per suum subditum in alieno territorio commissio, vt si origine vel domicilio Papiensis in territorio uel Placentino, vel Cremonensi (quorum primum Pontificis uel Ducis Illustrissimi Octauij Fernelij est, alterum Serenissimi Venetorum domini) delinqueret, Papiæ tamen puniri nõ potest, sic affirmant Io. Andrea. in additio. Specul. Baldus. & Saly. alijq; quamplures quos secutus fuit Gramma. Decis. 26. nu. 9. qui hanc crebriorem esse testatur, ut multis relatis sic etiam testatur Paris. consil. 159. nu. 8. 9. lib. 4. eiusdem addo sententia Ruin. consil. 84. in fine lib. 4. Marfilium sing. 576. & in l. vult. nu. 140. ff. de iurisd. om. iud. qui multis relatis aliter sentientes, hanc tandem, ut veriores affirmant, sic etiam Alciat. responso. 460. Rogatus & c. Bolog. consil. 57. col. 2. communem testatur Siluanus consilio 103. col. secunda.

131 Respondetur tertio, Genuenses hoc nostrum in casu, non criminaliter, sed civiliter conueniri, hac quæ ab eis illata dicitur violentia, quo fit, ut etiam si criminaliter † ob delictum potuisset accusari, non tamen civiliter, sic Cy. in auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi oportet, & Collecta. in cap. postulasti de foro compe. quos est secutus Capella Tolosana. q. 319. Item fuit questum. Quidam de Narbona, vbi Aufferius idem in additio. firmavit.

132 Respondetur quarto ex doct. Bald. in l. 3. col. 1. vers. quero numquid. C. si non compe. iud. qui in terminis nostris affirmat † vasallum spoliatum ui armata, præsertim prouincia cognoscere, sed huius prouinciæ preses, non Imperator, sed ordinarius Genue est, ergo & c.

133 Non obstat sextum illud, quo adducebatur in contrariam sententiam, concessum priuilegium ab Imperatoribus Genuensibus, censi reuocatum, tum ob delictum, tum ob expressam reuocationem, quia respondetur ratione delicti non potuisse reuocari, eo quia † nullum delictum commiserunt Genuenses, cum illud fecerint, quod iusta ratione & causa fa-

134 cere posse crediderint, & credunt, ut egregiè respondit Baldus consil. 243. in fi. lib. 3. quem secutus est Craue. consil. 8. in fin. quam iustam rationem probare se se obtulerunt Genuenses, ut eorum data capitula ostendunt. carent ergo † omni dolo, cum de iure suo docere parati sint, iuxta. l. 3. §. si quis. ff. quod ui aut clam.

135 Quo uerò ad reuocationem alia ratione (vt dicitur factam.) Respondetur primo vno verbo, Genuenses se liberos ex Imperatorum priuilegio prætere dicit, sed suo iure, vt supra diximus, illaq; priuilegia præsertim Diui Caroli quinti non libertatem tribuunt, sed illam confirmant, & talem esse testatur, ut multis iam ostendimus.

136 Respondetur, secundo in dubio † priuilegiorum reuocationem non præsumi, & non esse reuocandum, ut consilium Alex. in consil. 157. col. 1. lib. 7. Dec. consil. 165. col. 3. vers. non obstat, quod Baldus & ceteros uná cum alijs multis retulit & probauit Craue. consil. 21. in fine. ex ea ergo simplici declaratione, non est dicendum Priuilegium illud fuisse reuocatum.

137 Respondetur & tertio, quod cum attestatur Diuus Carolus Quintus se eam concessionem, seu Priuilegium ex ratione concedere, propter Genuensium benemerita & in Casarem maiestatem collata beneficia, sequitur † Priuilegium uim cõtractus obtinere ob idq; reuocari non posse: ut tradunt Aflic. Decis. 128. num. 10. alijq; quamplures, quos infra citim referam, & ideo cessat quod dici solet Principem legem sibi nõ posse imponere, à qua recedere non liceat ca. significasti de elect. Alex. consil. 224. nume. 6. lib. 6. Respondetur & quarto, dato non concessio tamen, hoc reuocari potuisse Priuilegium, id fieri debuit causa cognita, & ex causa, ob delictum scilicet ipsorum Genuensium, ut affirmant: quo ergo modo ex hac declaratione potest dici reuocatum, cum adhuc non constet, an rectè uel non, facta sit huius Marchiæ à Genuensibus occupatio, cum factæ adhuc non sint probationes, an occupare, uel non occupare licuerit, debuit ergo ante omnia constare de delicto, ut de causa causante Priuilegij reuocationem, quæ qui dem causa causans, non coram summo Imperatore tractanda erat, sed coram summo † Pontifice, vt iudice competentem inter ipsam Imperatorem prætentem uelle reuocare. d. Priuilegium, ob Genuensium delictum, & Genuenses ipsos, quod multi supra relati affirmant. Nec dicendum est ad libitum hoc exemptionis Priuilegium ab Imperatore concessum potuisse ad libitum reuocari ex sententia Alex.

confi. 216. nu. 14. lib. 2. Fely. in cap. nouit nu. 9. de iudicijs, Goza. cōf. 5. nu. 27. quia Respon-
 139 detur t̄ priuilegia fuisse concessa ob benemerita, & collata in Romanum Imperium beneficium, quare reuocari minimè possunt, ut af-
 firmat omnes, sic latissimè scripsit Traquet. in l. si unquam. in verbo. donatione largitus nu. 14. C. de reuoca. dona. idem censuit Crauetta tract. de Antiq. tempo. prima parte prin-
 cipali in principio nu. 54. & confi. 135. num. 5. hic Soc. lun. confi. 102. nu. 18. lib. 2. Goza. cōf. 5. nu. 10. 11. præsertim, quando non subdito
 cōcessum est priuilegium hoc, Romanus cōf. 436. Quod indultum col. 4. versic. septima
 140 principalis ratio. Nec dicitur posse t̄ iusta ex causa, ut respondit post alios Goza. d. cōf. 5. nu. 23. nec dissentit, quia respōdetur de cau-
 141 sa hic non constare: nec illa hoc in t̄ casu præsumitur, cum procedatur contra Genuenses Imperio regulariter non subditos, ut egregie
 respondit Cur. Sen. confi. 20. incipit. sepe numero animo &c. col. 4. vers. secundo ad hoc
 fundamentum &c. nec enim in hoc casu creditur assertioni Imperatoris causam subesse, vt in clarissimis nostris terminis cōsuluit Soc.
 Sen. confi. 27. col. 3. vers. aliquādo & tertio &c. lib. 3. pulchrè, & egregiè in nostris terminis
 Alcia. tracta. præsumptio. reg. 3. præsumptio. 142
 8. in fine. Respondetur secundo t̄ causam in principe præsumi, quando ex motu proprio, non quando parte instante (ut nostro hoc casu) procedit, sic las. confi. 105. nu. 4. versic. secundo respondetur. lib. 1. Roma. d. cōf. 43. col. 5. vers. Respōdeo & intelligo &c.
 143 Nec est dicendum t̄ iustam hic subesse causam, & de ea clarè constare, cum hoc priuilegium aliàs tendat ad maximū ipsius Marchionis detrimentum, & ob id esse omnino reuocandum cap. suggestum, de decimis glo. in ca. statutum in verbo ad noxam de rescrip. in. 6. Goza. confi. 5. num. 20. quia Respondetur hic non lædi ius Marchionis, tum quia aliàs est Genuensium vasallus, tum quia aliunde ei est succursus si adeat summum Pontificem, nec iura & auctoritates relatæ procedunt hoc casu cum loquatur Goza. quando priuilegium re ipsa detrimentum singulari personæ detrimentum in specie adferebat, in casu autem postro non inferit in specie detrimentum ipsi Marchioni. Cuius ratio, si uera esset, sequeretur, quodd nullus unquam libertatem a superiori possit cōsequi, cum semper aliquis possit sentire quale quale detrimentum quod tamen dicendū non est. Nec ad rem illud cōfert, quod dicitur, imperatorem in necessa-

rium antecedens uti voluisse plenitudine potestatis, quia. Respondetur primo ex relatis cessare omnem difficultatē, Respondetur & secundo quod cum Genuenses non sint verè nec naturaliter, nec per accidens Imperio nunc subditi, Imperatore non potuisse
 144 contra eos aliquat potestatis plenitudine uti, vt docuerunt Butrius & Imola in Clem. Pastoralis de re iudica. egregiè. Soc. Sen. confi. 164. col. 6. vers. quartus casus confi. 266. col. 1. 6. vers. quartus casus. lib. 2. quos est secutus Craue. confi. 241. nu. 17. vers. quarto principia liter eiusdem sententia addo Cur. Sen. confi. 20. sepe numero &c. col. 4. in fi. & col. 6. quod est responsum Socini Senio. idem Soc. in claris nostris terminis. d. confi. 27. col. 3. vers. aliquando et tertio libro 3. Respondetur tertio t̄ potestatis plenitudine nihil operari ad tollendum ea, quæ per uim contractus fuerunt concessa Dec. confi. 111. col. 5. vers. & ad hoc. Paris. confi. 11. num. 125. lib. 1. Brun. confi. 117. num. 307. cum ergo dixerimus priuilegium Genuensibus concessum esse ob benemerita, & in contractus, sequitur aduersus illud Imperatorem potestatis plenitudine uti non potuisse. Respondetur etiam quarto t̄ Principem non præsumi plenitudine potestatis vti, quando ex ea aliqua resuleret iniquitas, sic affirmarunt Soc. lun. confi. 63. num. 6. lib. 2. Parisius confi. 1. nu. 85. confi. 11. nu. 125. lib. 1. Neuzianus inter consilia feudalia Bruni cōf. 12. nu. 141. & Io. Iacobus de Leonardi inter eadem consilia confi. 117. nu. 309. Sed cui dubiū quin nostro hoc casu resuleret iniquitas. sine causa enim & ratione legitima reuocatum diceretur illud Priuilegium, quod nulla subest causa statim subijcio, & suo loco supra attingimus. Nec aduersatur illa doctrina Castren. in. l. ex imperfecto. C. de testam. & sequacium ut Alex. l. quamquam num. 5. C. de testa. mil. t̄ Principem præsumi uti clausula plenitudinis potestatis ad hoc ut actus valeat & sustinetur, quia Respondetur dupliciter, primo doctrinam Castren. procedere quare ipse Princeps non fuit informatus de iure tertij, secus e contra; sic egregiè post multos declarat cōsultissimus uir Aymo Crauetta conf. 126. nu. 3. & in tracta. de Antiq. Tempo. in. 2. particula primæ partis principalis. nu. 42. sed in casu nostro non constat Imperatorem cognouisse iura Genuen. tum quia nouus adhuc est in Imperio successor iuxta l. qui in alterius de reg. iuris, tum quia nihil adhuc coram eo ex iuribus Genuensium fuit exhibitum. Respon-
 147 detur secundo Castren. doctrinam procedere,

re, quando ipse Princeps iam cognouit se ex ordinaria potestate actum illum facere non posse, secus si crederet se posse ex ordinaria potestate illud facere, sic se ipsum declarat Castren. in confi. 4. 14. in facto præsentis col. 3. vers. secundus casus est. lib. 1. quem est secutus Craue. d. tract. De Antiq. tempo. loco statim citato. nu. 43. est in Codice meo Lugduni impresso pagina. 13. nu. 43. sed in casu nostro nõ constat Imperatorem sciuisse se ex ordinaria potestate reuo care non potuisse, cū nihil hac de re unquam apud eum fuerit cōtrouersum, nec is iura Genuensium hæctenus perpendit, cessat ergo quod in dubio uoluerit vti hac potestatis plenitudine.
 Non obstat vltimum quodd malè creditur solidum fundamentum ob non oppositam debito tempore declinatoriam, prorogatam censeri Imperatoris iurisdictionem, quia Respondetur primo t̄ status perq; opposita fuisse declinatoriam, cum qualiter illam iurisdictionis fundatiuā negauerint Genuenses, negarunt enim feudum hoc esse Imperij, ob ergo negatam qualitatem Iudex ordinarius, vel alius competēs, non Imperator, qui se feudi dominum facit, cognoscere debet, vt docuit Marianus Soc. Sen. in cap. ex. transmissa. col. 4. vers. quarto limitatur de foro compete. Fely. in cap. super literis num. 24. vers. fallit quarto de rescriptis. Respondetur secundo ob illam t̄ negatam qualitatem, qua se Imperio suppositos negarunt se exemptos ac ob omni nexu liberos affirmantes, satis dicitur opposita declinatoria, ideoq; non potuit vltimus Imperator cognoscere. Alex. confi. 1. nu. 11. lib. 5. Soc. Sen. confi. 187. col. vt. vers. præterea negatur. lib. 2. Fely. d. cap. super literis nu. 27. vers. fallit septimo de rescrip. Dec. cap. ad audientiam nu. 4. de appella. & verè Felin. & ceteri in nostris his terminis loquuntur, cū ergo Imperator hac in causa cognoscere non possit, nullo modo illius iurisdictioni prorogata dicitur, ut egregiè docuit Cur. lun. in. l. 2. num. 22. 23. ff. si quis in ius uoca. non ierit.
 Nec est, quod obijciatur oppositas has exceptiones ab Imperatore reiectas fuisse, quia Respondetur ab ea reiectione fuisse appellatum, & qua pendente t̄ noui nihil fieri moliri ue debuit integro illo titulo. C. nil nouati appella. pend. Dec. in. l. col. 1. C. de bono. poss. s. sec. undum tab. & alibi sæpissimè. Cessant ergo difficultates omnes ex quibus dubio procul in primo hoc articulo est concludendum, Imperatorem nostrum Serenissimum nõ esse Iudicem huius causæ competentem, nõ id nõ

151 posse in hac cōtrouersia aliquam ferre t̄ sententiam, quæ si ferri ab eo contingeret, ut ab incōpetenti Iudice lata nulla esset, semperq; de nullitate obijci posset, ut integro illo titulo C. si à non compete. Iud. clarè in his ferè terminis nostris Son. Sen. confi. 27. col. 3. versic. aut uolulus lib. 3. qui ex glof. in Clem. 1. de sequestrat. poss. & fructuum hanc t̄ nullitatem non censeri a statuto reiectam ceteris omnibus reiectis, latè & pulchrè Sebastia. Vanstius Tract. nullitatum titulo, de nullitate sententiarum ex defectu iurisd. ordinariæ num. 3. 4. addo Corsetum in suo sing. in verbo statutū incipit statuto cauetur. &c. Decium consilio 8. num. 6. confi. 38. num. 7. conf. 360. num. 1. & confi. 520. in fine Paris. confi. 45. numero 28. lib. 1. confi. 24. num. 102. lib. 2. qui alios deinde plures citat, ostenduntque quomodo sit huius nullitatis defectus. vestrum ergo erit Amplissimi Patres, Casari inuictissimo ne in causa ha ipsa procedat, ne uel sententiam ferat, hac perperam aliquid agat hortari ac multis suadere.

S V M M A R I V M
 S E C V N D I R E -
 S P O N S I .

- 1 Reintegranda remedium ex cap. reintegranda. 3. q. 1. c. te-
 ris pinguis ad possessionem consequendam.
- 2 Interdictum unde ui. cui conceditur, eisdem fortius concedi
 tur remedium ex cap. reintegranda. 3. q. 1.
- 3 Remedium cap. reintegranda, in laicijs re clericis concedi
 tur contra infra num. 31.
- 4 Remedium cap. reintegranda. 3. q. 1. conceditur etiam con-
 tra possessorem cum titulo & bonafide, sed contra infra
 num. 19.
- 5 Solemnitas processus non exigitur, cum spolijs notorium
 deducitur.
- 6 Iudicij ordo & solemnitas non seruatur cum eorum imper-
 ratore causa tractatur.
- 7 Princeps supremus non cogitur iudicare secundum acta &
 probata.
- 8 Princeps in terminandis cōtrouersis non debet ire per am-
 bages.
- 9 Acta apud imperatorem tractata non redduntur nulla ob
 non seruatum iudicij solemnitatem.
- 10 Remedio cap. reintegranda. 3. q. 1. us sit locus, duo concurrere
 debent.
- 11 Possessio postea in sequestrato a sequestrario possidetur.
- 12 Sequestratus uoluntarius possessorem sine possessione non priuat.
- 13 l. hcc. s. rei. ff. de positi. cum. l. inter se. ff. de acquir. posses-
 conciliatio.
- 14 Possessionem non perdit rassisus si eam apprehendit d' omni-
 bus & apud aliquem custodiam causa, donec in finiat, &
 deponit.

- 15 Interdictio vnde vi, quando agi possit ad consequendam possessionem et restitutionem.
- 16 Spoliatus ante omnem ex remedio cap. reintegranda. 3. q. 1. non restituitur, cum suo facto & culpa sui spoliatus.
- 17 Polantia coacta non est propria voluntas.
- 18 Metis gestis valent restituenda tamen possunt ex praxi edicti.
- 19 Remedium reintegranda non datur contra possessorem cum titulo & bonafide.
- 20 Alexandri Corni & aliorum notatur in constantia.
- 21 Compromissum de re feudali fieri non potest.
- 22 Feudum sine titulo retineri possiderique non potest, sed contra paulo infra.
- 23 Titulum coloratum sufficit ostendere ad tuenda rei feudalis seu iurisdictionis quasi possessionem.
- 24 Titulus feudis a pari procedit, cum titulo rei beneficiaria.
- 25 Remedio reintegranda agens deducere debet conueni possessionem respectu sua clandestinam esse.
- 26 Qualitas ubi non conuenit minus dispositio.
- 27 Vm non committi, qui in continenti possessionem propriam recuperat.
- 28 Incontinenti recuperasse id dicitur, qui recuperavit quamprimum potuit.
- 29 Cuiuslibet possidens sua sponte naturalem preter ingredi.
- 30 Citari amplius non debet, quis venire negauit semel.
- 31 Remedium ex cap. Reintegranda. 3. q. 1. pro rebus ecclesiasticis tantum concedi.
- 32 Pettitorij & possessorij causa coram imperatore, uel supreme alio Principe tractari debet.

SECVNDVS ARTICVLVS.

Secundus, qui a nobis hodie excutiendus est, propositarum ex ordine dubitationis articulus, vtrum recte institutum fuerit ab illustrissimis Finarij Marchione Reinte grandæ iudicium, non parum difficilis est, & perplexus (Amplissime Confessus) videbatur tamen (ut rem paucis absoluam) prima (quod aiunt) facie dicendum, recte institutum fuisse.

1 Primo, quia hoc remedium dicitur ceteris pinguis, ut quamplurimi ex nostris affirmant. Abbas in cap. cum ad Sedem nu. 26. de restit. spolia. Castren. consil. 105. in quaestione, quæ speratur moueri col. 2. vers. quantum uerò lib. 1. Corne. consil. 62. nu. 10. consil. 329. nu. 29. lib. 1. & consil. 247. nu. 13. lib. 2. quo loci communem esse testatur, ut pariter docuit Ripa in cap. saepe nu. 20. de restit. spolia. nec dissentit Soc. in l. rem quæ nobis nume. 3. ff. de acquire. possess. quam obrem spoliato, cui interdictum uideui conceditur, conceditur fortius & remediū hoc, ut docuit Soc. d. l. rem quæ nobis nu. 3. & alij omnes. d. cap. saepe. & alibi saepe. cum ergo Illustrissimus hic

Marchio spoliatus fuerit, iure hoc remedio, ut restituitur, uti poterit.

Secundo, ea ratione in hanc opinionem quandoq; adducebar, quòd remedium hoc adeo est generale, & amplum, ut ipsi Marchioni & sibi laico, pro re ipsa prophana recuperanda cōcedatur, cum crebrior ac uerior eorum sententia uideatur, qui affirmant ut remedium dicti canonis, etiam laico concedi, ut testatur Soc. & las. in d. l. rem quæ nobis, ille nu. 4. iste nu. 20. eoque loci affirmat uel Alex. sic in foro seruari, testatur & communem Ripa in capit. saepe nu. 21. de restit. spolia. Dec. consil. 252. nu. 1. Rubens consil. 4. nu. 12. & in l. naturaliter. §. nihil commune nu. 67. ubi Ioannes Corasius in 2. parte nu. 139. ff. de acquire. possess. ceteros sciens prætereo.

Tertio, hoc remedium potuisse ab Illustrissimo Marchione, etiam hoc casu moueri, quo Genuenses se cum titulo & bonafide possidere ex laudo Anton. Adur. dicunt ex eo demon strari satis uideatur, quòd hoc remedium spoliato etiam contra possessorem cum titulo & bonafide conceditur, ut crebrior ac uerior uideatur nostrum interpreti opinio, ut apud Abbatem cap. cum ad sedem nu. 26. de restit. spo. ia. Alexan. l. rem quæ nobis nu. 8. de acquirend. possess. quo loci affirmat, sic se sepius consuluisse ac obseruari uidiisse, & uerè consuluit, ut est in eius consil. 51. num. 1. lib. 1. consil. 117. nu. 3. consil. 200. nu. 8. lib. 2. Corne. consil. 56. nu. 4. lib. 2. qui hanc esse cōmunem testatur, quòd fecit & las. in d. l. rem quæ nobis nu. 19. & consil. 72. col. 1. lib. 4. Soc. Sen. consil. 18. col. 12. vers. tertium remedium, & consil. 89. in fine lib. 1. Riminal. consil. 67. num. 7. consil. 98. num. 76. lib. 1. Afflicus Decis. 361. nu. 63. Dec. consil. 57. col. vlt. consil. 136. in fine, & consil. 232. in fine Soc. Iun. consil. 3. nu. 12. lib. 3. Alcia. responsio. 388. nu. 2. Plotus l. si quādo nu. 66. C. vnde ui. ceteros ex industria silentio inuoluam, dubio procul ergo huic Marchioni licuit hoc uti remedio.

Quarto ac ultimo, in hanc ex eo quandoq; adducebar sententiam, quòd animaduertim ex latere Marchionis institutum fuisse summarium processum, notoriumq; spoliū deductum, quo fit, ut cessare omnino debeat solennitas processus, ex sententia Abbatis in ca. quia clerici nu. 4. de iure patro. ubi affirmat, possessorem posse defacto priuari & spoliari, cum notorium est, eum in re ius minime fouere, quòd tradunt & ceteri in l. si pacto quo pnam. C. de pactis, quòd fortius hic procedit, ubi coram cesare supremoq; iudice agitur

tur, qui nullum iudicium ordinem obseruare tenetur, Baldus in cap. 1. si de inuestit. inter dominum & uassa. & c. & in l. rescripta. C. de precibus impera. offeren. Restaur. Castal. tracta. de imperatore. q. 110. in 18. casu, Gramma. Decis. 69. num. 31. Bello. consil. 63. num. 7. Neuzanus consil. 26. nu. 1. consil. 80. nu. 39. & consil. 97. nu. 10. quinimo non cogitur supremus Princeps iudicare secundum acta & probata, sed propria sequi potest conscientia, sic respondit Dec. consil. pen. nu. 16. Alcia. in cap. 1. nu. 89. de officio ordina. & responso. 256. nu. 7. & Didacus lib. 1. varia. resolutio. ca. 1. nu. 7. hinc egregie docuit Baldus cap. 2. de noua forma fidel. Principi non conuenire per ambages & hos anctas ire, cum rei ueritate nouit. Hinc dicimus, nullam iuris solennitatem, quæ apud imperatorem acta sunt infringere posse ut multis ostendit Restaurus Castaldus in tract. de imperatore. q. 110. in 19. casu: sine dubio ergo omni solennitate reiecta rectè iudicium hoc reintegranda apud imperatorem tractari uideatur.

Ceterum, re ipsa longe melius perpensa ac excussa, contrarie sum opinionis, perperam institutum fuisse hoc reintegrande iudicium, quòd ut dicam, multis adducor rationibus, argumentisque.

10 Primo quia, ut huic remedio locus sit duo debent concurrere extrema (ut in motiui dicitur) ex latere actoris, possessionis priuatio, ex latere uerò conueniti possessio de presenti, sic uno ore nostri affirmant, ut est apud Abba. in cap. ad sedem nu. 28. de restit. spolia. Soc. in l. rem quæ nobis nu. Alex. consil. 6. nu. 5. lib. 3. consil. 89. nu. 8. lib. 5. Goza. consil. 99. nu. 5. Paris. consil. 98. nu. 24. lib. 2. Rubens consil. 4. nu. 10. Neuzanus consil. 68. nu. 11. sed in nostro hoc casu, vtrumq; extremum deficit. deficit enim primum illud extremum, quia uerè illustrissimus hic Marchio non fuit spoliatus ab excessa hæc Genuensium Republica, cum is sua sponte Castri possessionem in sequestro potuerit, ut infra statim dicemus deficit & secundum extremum, quia Rempub. non possidet, sed sequestrarius, apud quem Castrum & cetera sunt in sequestro posita, hoc probat tex. l. licet. §. res. ff. de positi Saly. in l. 1. num. 2. C. de prohib. sequestra. pecun. uel si sequestrarius non possidet, possidet ipsemet Marchio, qui cū iam ante sequestrum possideret, ex sequestro uoluntario, possessionem nec amisisset, nec in alium transfuisse dicitur, sic Cur. Sen. in l. vnica nu. 64. C. de prohib. sequestra. pecun. & clarius. Aret. in l. inter esse. ff. de ad-

quire. possess. quem secutus est Corasius lib. 3. Miscella. iuris cap. 2. nu. 15. & tacito Aretino idem placuit Vldarico Zasio in secunda parte de precibus impera. nu. 4. sic conciliantes. d. l. licet. §. res. cum d. l. inter esse, & in claris terminis, quando dominus feudi possessio nem prehendit, non, ut tamquam propriam habeat, & fructus inde colligat, sed, ut apud aliquem custodia causa reponat. quo facilius lis inter eum & uasallum finiat, & controuersia terminetur, ut uasallum possessione non perdere, scribit Carolus Molingus in consuetud. Parisien. titulo primo. §. 1. glo. 4. num. 16. 17. 18. quòd factum & obseruatum hoc in casu uidemus. Nec ad rem confert, quòd in motiui obijcitur, contra Rempub. saltem hoc remedio ad consequendam estimationem agi potuisse iuxta textum l. 1. §. ex interdicto. & l. si ui me. de ui & ui arma. & docuit Abbas. in cap. conuenerent num. 13. de restit. spoliato. quia respondetur primo illud procedere in subsidium, cum res a possessore recuperari non potest, ut tradunt ac declarant Bart. & doct. in l. cum a te. ff. de ui & ui arma. Ripa in cap. saepe nu. 8. de restit. spolia. Io. Corasius. l. naturaliter. §. nihil commune secunda parte nu. 114. de acquirend. possess. sed in casu nostro non constat Marchionem a sequestrario possessionem consequi non posse, quare subsidiarum remedium hoc cessat. Respondetur & secundum iudicium hoc non ad hunc finem fuisse motum, ut æstimatio solueretur, sed ad hoc ut possessionem recuperet & si male relata ratione.

Secundo dato, non tamen concessio, ex sequestro in Rempub. translata esse possessio nem, adhuc tamen recuperanda hoc remedium contra Rempub. moueri non potuit, cū sua causa & factio possessionem amiserit Marchio, ut hanc esse cōmunem doctorum sententiam testatur Ripa in cap. saepe nu. 27. de restit. spolia. cui addo Soc. l. rem quæ nobis. nu. 8. de acquire. possess. Ruinum. consil. 47. nu. 5. consil. 49. nu. 9. lib. 4. Marfil. in sing. 600. Brunum consil. 21. nu. 2. 3. Paris. consil. 1. num. 164. lib. 1. Soc. Iun. consil. 47. nu. 14. & consil. 48. nu. 6. lib. 2. Neuzanus consil. 79. nu. 24. 33. & Plotus. l. si quando nu. 71. C. unde ui. Nec est quòd obijcitur Marchionem fuisse spoliatū ob factum iniustum Genuensium, qui metu adhibito effecerunt, ut coactus sequestro cōfessiret Marchio, quo fit ut Marchioni sit hoc remedio succursum, ex Barto. sententia in l. de pupillo. §. meminisse. num. 8. de operis noui nuntia. & clarè Ruin. consil. 37. nu. 8. 9. lib. 4. licet ergo confenserit Marchio, illa fuit uoluntas

17 † voluntas coacta, quæ non uera, sed impropria voluntas dicitur. glof. l. si mulier. §. vltimo. ff. quod metus causa, lason. in. l. qui in aliena. §. Celsus nu. 37. ff. de adquiren. hered. Dec. l. velle non creditur num. 4. de reg. iuris. Quoniam uero uerbo responderetur, agendum fuisse prius remedio rescissorio, cum omnis actus per metum gestus regulariter ualeat, licet rescindi possit, ut docuit Card. in Clem. 2. §. sanc. 3. oppo. de pœnis, & Felin. in cap. præterea num. 35. vers. quinta & ultima conclusio desponsa. & consulti sic responderunt Signo. consil. 75. nu. 22. & Ancha. consil. 382. in principio. & latius infra in sequenti articulo dice mus, ubi demonstrabimus spoliatum per vim compulsuam, non esse ante omnia restituen dum.

Tertio, ex eo in hanc adducor sententiam, quod crebrior & uerior est interpretum opinio. † Remediu reintegrandæ non concedi contra possidentem cum titulo & bonafide, cum is immediate malefidei possessori non successit, sic hanc secuti sunt sententiam Bar. Ange. & Imola in. l. rem quæ nobis, ubi Soc. nu. 12. vers. aliquando quinto & ultimo. ff. de adquiren. poss. idem Soc. Sen. consil. 266. col. 6. vers. secundo eadem conclusio lib. 2. † Alex. consil. 118. lib. r. consil. 89. nu. 7. consil. 90. lib. 5. qui parum sibi ipsi constantes hanc proba runt, quod fecit & inconstans Corne. consil. 18. nu. 11. consil. 62. nu. 10. consil. 329. num. 30. lib. 1. & late consil. 287. nu. 7. lib. 2. Calca. consil. 216. col. 2. vers. sed & tertio Ancha. consil. 310. col. vlt. uers. ista enim iura, las. consil. 21. col. 1. vers. secundo responderetur lib. 3. Ruin. consil. 49. nu. 11. lib. 4. Riminal. consil. 238. num. 10. lib. 2. Ripa in. d. l. rem quæ nobis num. 27. ubi Alcia. nu. 8. ff. de adquiren. possess. Rubeus in l. naturaliter. §. nihil commune nu. 71. 72. de adquiren. possess. idem consil. 4. col. 2. & consil. 267. nu. 9. ueram hanc esse & communem testatur Paris. consil. 1. nu. 166. lib. 1. & sibi parum constans Soc. lun. consil. 47. nu. 25. consil. 48. in fine lib. 2. Brun. consil. 19. col. vlt. consil. 21. col. 1. Goza. consil. 28. nu. 36. Natta consil. 88. in fine lib. 1. non refero illorum rationes ueras & solidissimas fundamenta, quæ præsertim diligenter perpenduntur à Soc. Sen. d. consil. 266. col. 6. & 7. lib. 2. cum ergo huius Marchionatus partem cum titulo iusto ac bonafide possideat Genuensium Respub. ex laudo scilicet Antonioti Adurni per annos centum plusq; obseruato, sequitur perperam contra eam esse intentatum iudicium hoc. Nec est quod obi giatur, laudum illud nullum fuisse, cum de

21 feudo in alienabili † compromitti non potuerit, Ifern. in cap. 1. §. 1. num. 3. de lege. Conrad. Abbas. ca. cum tempore nu. 3. de arbitris Soc. Sen. consil. 87. col. 3. lib. 3. las. consil. 168. col. pen. lib. 4. quare † si titulus est nullus retinere eam possessionem Genuenses non poterant, ex egregia doctrina Alciati respondo 408. nu. 7. & Natta consil. 289. nu. 2. li. 2. quia responde tur dupliciter, primo cõpromitti potuisse, ut latissime ostendimus infra in quarto articulo. Respondetur secundo, in remedio ipso reintegrandæ super ualiditate tituli sufficere, si hoc casu de titulo † colorato constet, ut in titulo rei beneficiariæ dicimus (quit cum feudali à pari procedit, Dec. consil. 76. Gomef. super regula Cancellaria. De Annali possessore in præfatione) tradunt Castren. consil. 254. Ad confirmationem eorum que. col. 2. vers. super tertio articulo lib. 1. in antiquis Casado. in suis Decisio. in titulo de restit. spolia. Decif. 1. Rebuffus in cõmentarijs regiarum consil. 200. 3. tit. de causis possessorijs Benef. articulo. 1. glof. 1. nu. 1. 2. sufficit itaque is titulus ad possessionem ipsius feudi retinendam, ut sufficit in beneficijs. Accedit præterea, Alciati & Natta sententiam non satis esse tutâ, cum multis ualidissimis rationibus ab eis non animaduersus Afflictus in ca. 1. §. illud quoq; num. 14. 15. de prohib. feud. alien. per Frider. contrariam tueatur.

Quarto, ut huius sim sententiæ, me illud nõ parum mouet, quod inter alia, dum actor recuperandæ † remedio expeditur, deducere debet, possessionem conuenit respectu suæ esse clandestinam, sic respondit Alex. consilio 91. num. 2. 3. lib. 1. Dec. consil. 57. col. ult. Ruin. consil. 49. nu. 13. lib. 4. & alibi sæpe sed in casu hoc nostro nescio uidere, quomodo qualitas hæc Genuens. Reipub. conuenire possit, cum iusto titulo ac per multos annos Marchionibus consentientibus possederit: si ergo † qualitas nõ conuenit, nec dispositio. l. 4. §. toties. ff. de damno infecto, & ita argumentatur in his terminis. Cur. Iunior. consil. 17. col. vlt. vers. duodecimum. Paris. consil. 12. nu. 9. lib. 4. satis ergo superq; intelligimus malè hoc casu motum fuisse Reintegrandæ remedium.

Quinto & vltimo, uiget illud plurimum, quod cum Reipub. licuerit, ob oblatam sibi occasionem, occupare iure suæ ciuilibus possessionis, quam semper retinuit, ut iam diximus, & latius in subsequenti articulo attingemus, sequitur non incidisse in pœnam interditi vnde ui, † citum non dicitur committere, qui amissam possessionem statim recupe rat

rat. l. 3. §. cum qui. ff. de ui & ui arma. & tradunt las. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. nu. 25. de adquiren. possess. Dec. consilio 460. nu. 17. Ruin. consil. 38. nu. 1. consil. 42. nu. 2. 3. consil. 43. nu. 2. lib. 4. Craue. consil. 4. num. 8. 9. Neuzia. consil. 82. nu. 10. & satis dicitur † in continentem cū potuit recuperare ratione qualitatis rei & personarum, ut annotarunt Abbas. in cap. vltimo num. 11. extra de ord. cogn. Rubeus. l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 138. de acquir. poss. egregiè admodum in terminis nostris sic respondit Ruinus consil. 42. nu. 7. lib. 4. qui optimè declarat, cum ergo Genuensis Respub. varijs cladiibus affecta fuerit, ita, ut non ei liceret hætenus recuperare huius Marchionatus possessionem, & iura satis incontinenti dicitur nunc oblata sibi occasione. quibus autem cladiibus affecta fuerit Respubl. nemo est, qui ignoret, fide optimorum authorum, presertim. Nebiensis Episcopi. Leandri Alberti & aliorum ciuilia in ea maxima vignerunt bella, foris dimicandum fuit, cum Reipublic. loca maritima presertim sine quibus Respub. esse non potest occuparentur, ut Saonam, Sardiniam, Corsicam, & similia, quibus præsto esse opus omnino fuit, tum ab illis totius Reipubl. salus penderet, quo fit, ut obijci Reipub. non possit, quod quemadmodum bellum in alios pararunt, lo caque amissa recuperarunt, sic potuisse recuperare Marchiam Finarij, si propria iure saltem directi dominij credebant, quia iam satis intelligimus Genuensiu negligentia ascribendum nõ esse, si quæ magis necessaria erant & opportuna, recuperarunt. Nec dicatur fuisse in facultate Reipub. uia iudiciaria contra hos Marchiones experiri ea que uia recuperare amissam possessionem iuxta declarationem Paris. consilio 24. lib. 1. Rubei consilio, quia responderi multis potest modis, procedere hoc posse, quando Respub. possidendi animum deposuisset, sicque ciuilem possessione non retinisset, sed posteaquam † ciuilem retinuit sua manu naturalem occupare potuit. l. clam possidere. §. qui ad nundinas & ibi las. num. 23. ff. de adquiren. possessio. & tradunt Abba. consilio 78. numero 5. Paris. consil. 24. num. 19. lib. 1. quam sane ciuilem etiam amississet, si iudicè admisset, ut affirmarunt Baldus, & post eum lason in l. clam possidere. §. qui ad nundinas nu. 31. de adquiren. possess.

Respondetur secundo uia iudiciaria satis succursum non fuisse Genuensibus, sine magno suo detrimento, nam adire Imperatorem non licebat, ne ab illius iurisdictione li

beri & immunes in eum consentirent, illiusq; prorogarent iurisdictionem iuxta. l. si conuenit. ff. de iurisdic. omnium iud. non quoq; Marchiones Finarij sub suis ordinarijs poterant conuenire, cum iam clarum fit, eos capisse recognoscere Imperium, sicque Reipub. superioritatem spernere ita ut frustra † citandus sit, qui certo venire negabit, negauitque glof. in l. vit. ubi Bartol. numero 11. vers. redeo ad primu. ff. de in iute. restit. & in l. tres denuntiationes. C. quomo. & quan. Iudex las. l. properandû. §. 1. nu. 9. C. de iudicij Boc. in repetitio. l. consentaneum nu. 54. 56. C. quomodo, & quando iudex ubi late in nostris terminis est textus ubi Ifernina & ceteri in capit. 1. de milite uassallo, qui contumax est, & egregiè scribit Iacobinus à Sâcto Georgio in inuestitura feudali in uerbo & dicti uassalli pro dictis rebus feudilibus &c. col. 10. vers. fed ponamus qd uassallo &c. cum ergo Reipub. licuerit prioram possessionem recuperare, sequitur tamquam spoliaticem, aliquo recuperandæ possessionis remedio conueniri non potuisse, & ob id malè contra eam institutum fuisse hoc reintegrandæ iudicium.

Non obstant nunc in contrariam adducta, quibus satis (mea sententiâ) ex iam relatis fuit satisfactum, sed in specie sigillatim respondeo, & ad Primum dico non urgere contra Reipublicâ, sed potius contra ipsam Marchionem, sicque retorquetur. Marchioni non conceditur interdiciu vnde ui, (ut diximus) ergo nec remedium reintegrandæ, quod est ad illius confirmationem editum, quod enim in uno, sic & in altero exigitur, actorem scilicet spoliatum esse, & reum spoliatorem possidere, quæ hoc in casu cessant.

Non obstat secundum, quia respondeo primo uerorem esse contrariam sententiam, cap. reintegrandæ † remedium clericis solum pro possessione rerum ecclesiæ recuperanda concedi, ut eam tunc multi à Ripa relati in cap. sæpe num. 2. 1. de restitutione spoliatorum, qui & ipse pariter in hac opinione fuit: sic Francus Disputatione de petitorio & possessorio. in primo dubio numero 17. late Corne. consilio 18. numero 9. consilio 35. numero 31. consilio 329. numero 30. libro primo & alibi sæpe Alciatus in l. rem quæ nobis numero 6. ff. de adquiren. possessio. quorum sententia uerissima est, et si operæ cpretium nunc esse non credam, eorum solidas rationes recensere. Respondetur secundo dato quod relata opinio sit hac nostra uerior ad huc intelligitur concedi hoc remedium, H quando

quando concurrunt, que concurrere neces-
sario debent, ut huic remedio locus sit, que
cum hic deficient (vt iam ostendimus) reme-
dium hoc cessare omnino debet.

Non obstat tertium, quia supra fuit demon-
stratum, vtiore esse & crebriore opinio-
nem, remedium huius canonis non dari con-
tra possessorem cum titulo & bona fide.

- 27 Non obstat ultimum, quia falsum est illud
presuppositum, hic notorium spoliium esse
factum, respondetur enim non modo spolia-
tionem notoriam non esse, immo nec spolia-
tionem aliquam esse factam (ut iam diximus)
- Rursus retorquetur, quod dicitur causam
coram Cæsare, sicque iudice supremo tractari,
ob id reiecta omni exceptione Marchionem
esse restituendum. nam si causa t coram
Cæsare tractatur, & apud eum inspecta sola
veritate facti proceditur iuste dominij excep-
tio, ut prius de causa dominij cognoscatur,
obijci potest. sic egregie affirmarunt Dec.
consilio 449. numero 21. Rubeus consilio
quarto numero 12. Craue. consilio 399. col.
penult. versicu. quarto respondeo, & in specie
sic coram Cæsare obseruandum esse respon-
dit Eruditissimus Alciatus responso 256. nu-
18 17. & infra in sequenti articulo attingemus.
est ergo quod concludamus (Amplissime con-
fessus) Illustrissimum hunc Marchionem per-
peram iudicium hoc reintegrandæ instituisse.

S V M M A R I V M
TERTII ARTICVLLI.

- 1 Spoliatus ante omnia restituendus est.
- 2 Prædo spoliatus ante omnia restituatur.
- 3 Spoliatus iudicis auctoritate ante omnia restituatur.
- 4 Spoliatus auctoritate Principis, ante omnia restituatur.
- 5 Spoliatus ante omnia restituatur, etiam si spoliator se se offe-
rat incontinenti dominij exceptionem probare.
- 6 Petitorij & possessory causam simul tractanda est, cum apud
Imperatorem, vel supremum alium iudicem causa
disputatur.
- 7 Spoliatus ante omnia non restituatur, cum passus est licem
super domino tractari.
- 8 Cap. pastoralis de casu possess. & propr. declaratur.
- 9 Spoliatus protestari ac appellare debet aduersus oppositam
dominij exceptionem per spoliatorem, ne super illa co-
gnoscatur, ante restitutam possessionem.
- 10 Petitorium suspendi an possit post licem contestatam, ut
prius super possessore causa cognoscatur.
- 11 Cuiuslibet possidens si naturalem se ingressus audiendus est su-
per exceptione dominij, cum naturali spoliatus agit ut
ante omnia restituatur.

- 21 Tyrannus spoliatus ante omnia non restituatur.
- 22 Falsus, qui subditos male tractat, sendo priuatus est.
- 23 Tyrannus, ut ob Tyrannidem iure suo priuatur, est à su-
periori adueniendus, ut a Tyrannide desistat.
- 24 Possessio iuste occupatur à domino, cum alius periculum
est in mora.
- 25 Falsus, qui notorie male tractat subditos sendo absq. diu
admonitione priuari potest.
- 26 Citandus amplius non est, qui semel negauit venire.
- 27 Spoliatus Castro munissimus ante omnia non restituatur.
Capit. cum dilectus de ordine cognitio, intellectus, & de-
claratio.
- 28 Pauli Castrensis doctrina in l. 2. c. de edicto Diui Adria,
tollendo declaratur.
- 29 Exempla declarant, non autem restringunt.
- 30 Exempla demonstrant, quo in casu exemplatum procedat.
- 31 Exemptio non est indicandum, cum ignoramus, quomodo
se se habeant illa.
- 32 In ortu ex facto.
- 33 Exemptio maiorum ut Pontificum & Imperatorum quò-
dam indicandum.
- 34 Exemptio non est indicandum, cum iure causa diffiniri po-
tuit.
- 35 Possesse non dicimus, cum maximo cum incommodo pos-
sumus.
- 36 Fideiussores idonei non dicitur, qui commode conueniri non
possent.
- 37 Spoliatus Castro non restituatur ante omnia, si sub sit timor,
ne non sine magna, cum impensa dominum prop-
rium assequi possit spoliator, qui deinde in petitorio
obtinuit.
- 38 Spoliatus Castro munissimus, an sit ante omnia restituendus,
si idonei fideiussores, se illud restituendum si in peti-
torio succumbat.
- 39 Cautionis fragilitas non fidendum.
- 40 Castrum occupare non licet, antequam iudex adatur, &
tentata si iudicaria recuperatio.
- 41 Castro munissimus spoliatus restitui an debeat ante omnia,
cum ambo, spoliatus scilicet & spoliator, sub uno iudice
ceperint.
- 42 Fideiussores idonei an sint nobiles, qui sub Principe castra
habent, que a Principe expugnari possunt.
- 43 Spoliatus per vim compulsum ante omnia non restituatur.
- 44 Voluntas coacta, voluntas est.
- 45 Metu gesta ex edicto pratoris, rescindi debent.
- 46 Bar. in l. penult. numero 2. ff. de cond. ob turpem causam,
& in l. 2. numero 12. C. quod metus causa, declaratur
multipliciter.
- 47 Medicius ff. de varijs & extraord. cognitio, intellectus,
& declaratio multiplex.
- 48 Cap. 2. & 3. de restit. spol. sensus & intellectus.
- 49 Privilegium ratione maioris partis concessum, trahit etiam
ad se minores. & ibi quomodo procedat.
- 50 Lsi communi ff. quædam seruit. amittit. quo in casu procedat
dignam minus, minus dignum ad se trahit aliquando.
- 51 Actus nullus, peti potest rescindi quatenus de facto præ-
cepit.
- 52 Protestatio procedens de metu, facit, ut actus deinde subs-
tans sit ipso iure nullus, sed contra infra.
- 53 Bartolus. l. qui sub conditione. §. 2. nu. 2. ff. de cond. insti.
& Baldus in l. hi qui ad ciuita. col. 1. vers. ex quo-
bus

- bus apparet. C. de appella. declaratur.
- 48 Pauli Castrensis & Caroli Ruzini reiecta opinio.
- 49 Cap. 1. de q. qua in metu causa, sensus & intellectus.
- 50 Metus minor detrimimom, quom ceteros actus inficit.
- 51 Protestatio metus clandestina, actum deinde subsistentem
non annullat, cum ius contra bonos mores non est.
- 52 Metus illatus ob venam causam, si actus sub diversa forma
sequatur, non annullatur, immo nec metu gestus
dicitur.

ne spoliatorum, Alexand. l. naturaliter. §. ni-
hil commune num. 20. & ibi Ripa num. 52. ff.
de acquirenda possessione Crauet. consil. 322.
column. 2. Parisi. consil. 1. num. 165. lib. 1. Rolan.
a Valle consil. 1. num. 26. cæteros sciens præte-
reo, uidetur ergo concludendum nulla ratio
ne esse cumulatam petitorium, cum possessio-
rio, sed Illustrissimum hunc Marchionem ef-
se ante omnia restituendum.

Re tamen ipsa diligentissime perpenfa, cõ-
traria sum opinionis, causam petitorij posse
hoc in casu tractari, sicque Genuen. Rempub-
licam aduersus Marchionem hunc Illustris-
simum dominij exceptionem obiciere posse,
quod ut dicam multis adducor rationibus, &
fundamentis.

T E R T I V S
A R T I C V L V S.

TERTIVS, qui hodie excutiendus est
ex ordine articulus. V. C. dubitatione
non caret. is enim est, vtrum ne in hoc
controouerso iudicio, liceat petitorij causam,
cum possessoria cumulare: sicque an excellen-
tæ Republicæ conuentæ aduersus Marchionem
actorem dominij exceptione obiciere liceat
& prima (quod aiunt) facie dicendum videba-
tur, petitorij causam minime tractandam esse,
nullamque dominij exceptionem obici posse
se, satis enim Marchionis spoliati intentio, est
communis iuris regula fundata uidetur, spoli-
atum ante omnia restituendum esse. l. 1. §. 1.
ff. de ui & ui armata. l. si quis ad se fundum. C.
ad. l. iul. de ui. l. si coloni. C. de agri. & censitis
lib. 11. cap. reintegranda. §. q. 1. quod ea ratio-
ne procedit, ut uiolentum occupatorem, qui
sua manu sibi iudicere non erubescunt, com-
primatur. l. 1. C. quando liceat unicuique sine
iud. se ui. quare & spoliatus t prædo resti-
tuitur ante omnia cap. in literis in fine de re-
stitutione spoliatorum. l. colonus. l. cum fun-
dum. ff. de ui & ui armata, Ripa in l. naturali-
ter. §. nihil commune num. 47. versic. secun-
do restituatur ante omnia quia iudicis autho-
ritate spoliatus fuit, nec obijci ei tunc potest
aliqua dominij exceptio. l. meminerint. C. un-
de ui, vbi Bartol. & ceteri, Abbas in cap. dile-
ctus filius ultimo nota. & ibi Fely. num. 1. ver-
sic. fallit primo de re scriptis, Ripa. d. §. nihil
communenun. 59. Brun. consil. 22. num. 2. im-
mo restituatur etiam si Principis
4 autoritate spoliatus fuit, sic Baldus respon-
dit consil. 135. in causa egregii in fine lib. 2. Ia-
son consil. 38. in fine lib. 3. Afflictus Decilio-
ne. 361. num. 35. versic. nec obstat quarta ratio
5 immo non auditur spoliator super dominij
exceptione, etiam si eam incontinenti uellet
probare, ut probat text. in l. 1. C. si per vim,
uel alio modo. cap. 1. ubi docto. de restitutio-

6 Primo, quia hæc causa apud t supremum
iudicem Cæsarem tractatur, qui in ea pro ce-
dere potest & debet omni solennitate iudicia-
ria reiecta, vt paulo ante in secundum articulo
hæsterno confessus disputato diximus, & præ-
sertim, cum sic ab ipso Marchione petitum
fuerit, ut docuit Bartol. in l. 1. C. ut quæ de-
sunt aduocat. Fely. in capi. Pastoralis nume-
23. de officio delegati, quo fit, vt non sola
causa possessory, sed petitorij & possessory si-
mul diffiniri debeat, sic sensit clarè Decius
consil. 449. num. 21. Rubeus consil. 4. num. 12.
Craue. consil. 259. column. pen. versic. quarto re-
spondeo & sensit Neuzä. consil. 97. nume. 12.
& in specie, cum causam coram Cæsare tracta-
tur, dominij exceptionem esse diffiniendã
respondit Alciatus responso. 256. numero. 7.
Dubitauit tamen aliquando de ueritate hu-
ius sententiæ, sed a tantorum patrum au-
thoritate recedere, tutum an sit, planè nunc
ignoro.

7 Secundo ex eo adducor, quia t iam a prin-
cipio ipsius litis cõsensit Marchio, ut de utro-
que cognosceretur, quod acta ipsa clarè testat-
tur, & præsertim ex cõcessu præstito decreto
Cæsareæ Maiestatis sub die. 21. Nouembris,
quo fit, ut non liceat amplius penitere & re-
trocedere: sic probat ca. 1. de restitutione spo-
liatorum, & ibi clare Abbas tertio notab. Be-
ro. num. 20. Dec. consil. 84. column. ultima Ri-
pa. §. nihil commune nume. 72. quod fortius
procedit etiam si ssemus in executione iam
late sententiæ super restitutione possessio-
nis, quia si patitur actor reum super domi-
nij causa probationes adferre sibi præiudi-
cabit, sic egregie respondit Natta consil. 289.
num. 12. libro. 2. Ex quo apparet, huic ar-
gumentationi non aduerfari textus t cap. Pas-
toralis, de caus. poss. & propr. qui loquitur
H ij quan-

quando actor is est, qui & petitorium & possessorium proponit, nam in sua facultate est suspendere petitorium, ante conclusum tamen in causa, & solum procedere super possessorio, diuersum est in casu nostro, vbi causa possessorij ab Illustrissimo Marchione actore, uti spoliato, causa uero petitorij ab excelsa Republ. uti conuenta proposita est, quo fit, ut sumus in casu cap. 1. de restitutione spoliatorum, ut supra diximus, quam t exceptione, ut elideret Marchio, debito tempore protestari debuit, & cita protestari, ut ei necesse fuerit appellare ab illo interposito decreto Casarej Marchionis. hęc fuit sententia Aretini in l. naturali ter. §. nihil commune num. 10. de adq. posses. Fely. in cap. inter Monasterium nu. 23. uersic. tempera tamen hanc octauam, de senten. & re iud. Crauet. consil. 238. num. 4. & consil. 302. colum. penul. uersic. sed dicit aliquis. Ex quibus etiam cessat, quod in quarta responsione in motiuo relata dicitur, licitam esse hanc p[er]nitentiam t[ame]n etiam post litem contestatam, ex Bartolo. d. §. nihil commune vbi Ripa nume. 161. communem testatur. quia primò Bartolus aliter sentit, quàm citetur, cum is affirmet ante litem contestatam spoli exceptionem ad impediendum petitorij iudicium, obiciēdam esse, & cum eo legitime crebriore calculo transeunt. addo Angelum in l. inuafor in fine C. unde ui & Didacum lib. 1. uaria resolu. capitulo. 16. nume. 13. uersiculo ego uero, qui egregie distinguit, & affirmat Bartoli sententiam procedere, quando ante intentatum petitorium causa spoli, suberat, ut nostro hoc casu, addo & Capicium Decisione tertiadecima numero tertio. Secundo (ut statim dixi) procederet, quando Marchio ipse iudicium mouisset petitorium, & Respu. ut conuenta obiceret causam spoli, sed totum ē contra est in casu nostro, ubi possessorium est à Marchione motum, & à Republic. opposita dominij exceptio, quæ cum reiecta ac contra eam protestatum non fuerit, super utroque est procedendum. d. cap. 1. de restitutione spoliatorum.

Tertio, ut huius sim opinionis, ex eo adducor, quod iam sepius est dictum, ciuilem possessionem semper fieri apud Rempubl. iure directi dominij possidentem, quam ciuilem nunquam amisit, cum recuperandi animum deposuerit nunquam, & ob id oblata occasio recuperari, quo sic stante sequitur, quod cum ratione t[ame]n ciuili possessionis ab ea causa petitorij fuerit proposita, & ratione naturalis possessionis causa possessorij à Marchione,

super utroque erit procedendum. hęc fuit Bartoli sententia in l. naturaliter. §. nihil commune num. 23. uersic. aut proponitur iudicium ubi las. nu. 135. & clarius ibidem explicat Rubens num. 304. dum citat & glos. l. 2. C. vbi in rem actio, & si aliqua eo loci Rubens in contrarium moueat.

Quarto, adducor ex eo, quod ferunt, & in actis allegatum fuit, absit tamen, ut ipse uerum hoc esse credam, in uiro tam excelso & magni nominis Marchionem hunc Illustrissimum fuisse expulsum & deiectum ob Tyrannidem, quam in subditos exercebat grauissimam, quo fit, ut sic expulsum restituendum minime sit ante omnia, sic Martinus Laudensis Tracta. de Principibus. q. 70. Ripa in l. natura liter. §. nihil commune. num. 90. de acquirenda possessione Boe. q. 304. colum. penultima & ultima Alciat. responso 450. num. 25. uersic. secundus casus: nec dissentit Lucas a Penna in l. si coloni. q. 12. C. de agricol. censitis lib. 11. est enim omnino priuandus feudo t[ame]n uasillus, cum malè se habet cum subditis Bald. in cap. 1. §. publici latrones, de pace tenen. Alexand. l. diuortio §. si fundum colum. 2. soluto matrimonio Cur. lun. consil. 137. nume. 4. Afflictus Decisione 165. num. 72. Soc. lun. consil. 134. nume. 38. lib. 3. Nec est quod obiciatur Marchionem a Republ. prius debuisse t[ame]n admoneri ut a Tyrannide abstineret, iuxta textum in cap. 1. ubi glos. de milite uasal. & respondit Cur. lun. d. consil. 137. nume. 20. Soc. lun. d. consil. 134. num. 51. lib. 3. Boe. d. q. 304. num. 7. & Carolus Molinæus in consuetudine Parisien. titulo. 1. §. 2. glos. 4. num. 14. quia respondetur primo ex actis constare & præsupponi fuisse monitum. Respondetur secundo non fuisse hoc casu necesse eum admonere, quia periculū erat in mora, cum subditi, ita apud Rempubl. conuesti fuerint, quod nisi adiumento ipsi forent, se uelle omnia Gallis, qui tunc non longè aberant, prodere, & eis se se dedere, quare licuit Reipubl. t[ame]n sic occupare, quæ ob non cogitur ante omnia restituere, ut respondit Alciat. responso 450. num. 18. uersic. tertius est &c. Respondetur tertio non procedere, quando t[ame]n notoriè constat sepe & sepius uasillum male tractare subditos, ut hic constare dicitur, sic declarat Molinæus. d. §. 2. glo. 4. num. 14. Respondetur & ultimo non debuisse Rempubl. aliquo modo Marchionē admonere, quia frustra id fecisset, ex quo certissimum est eum negasse hæc tenus, & adhuc in presentiarum negare, se Reipublice. Genuensium subesse, nec feudum ab illa recognoscere

re, non ergo fieri necesse est, quòd factum nõ releuat, ut est apud omnes uulgatum probat l. aliquando §. sub conditione. ff. ad. S. C. Vel leia. hinc dicimus t[ame]n eum nõ esse mouendum, ut ad iudicium ueniat, cum iam semel expresse negauit se in iudicio compariturum, ut tradunt glos. & Bartol. in l. ultima de in integrum restitutione. & in l. tres denuntiationes. C. quomodo & quando iudex &c. & supra diximus in secundo articulo.

Quinto, ut huius sim sententia, me mouet plurimum, hic agi de restitutione t[ame]n castri munitissimi, quo fit ut cesset omnino possessionis restitutio ante omnia, quoniam irreparabile adferri posset Genuensibus præiudicium, quibus non erit facultas iterum illud consequendi, si in causa petitorij pro eis sententiã ferri contingat: hæc fuit Castren. sententia in l. 2. C. de edicto Diui Hadriano tollendo, quam crebriore calculo nostri ueram adfirmarunt, sic Alexan. l. naturaliter. §. nihil commune num. 11. ubi Bologn. num. 30. Ripa num. 75. Zasius num. 60. ff. de acquirenda possessione las. consil. 60. num. 4. lib. 1. consil. 38. lib. 3. Ruin. consil. 22. in fine lib. 1. consil. 37. num. 1. 3. consil. 42. num. 10. lib. 4. Gozad. consil. 1. nume. 12. consil. 7. num. 6. consil. 9. nume. 69. & consil. 10. num. 10. & nouissimè Roland. a Valle, qui in eodem casu consuluit cum Goza. is inquam consil. 1. nume. 79. hanc pariter ueram sententiam adfirmarunt Parisi. consil. 1. num. 177. consil. 10. num. 85. consil. 21. num. 99. lib. 1. Rubens d. §. nihil commune nu. 146. & consil. 13. num. 7. Boe. q. 238. colum. antepenult. Franciscus de Marchis q. 316. numero. 11. Neuzanus inter consilia Brunni in consil. 12. nume. 54. ex quorum diuinatione satis constat, hanc esse receptissimam, quicquid aliter senserint Imola Aretinus Hormo. Detus Seyselius & Fabius. d. §. nihil commune, quorum opinatio, niti uideatur ex textu in t[ame]n cap. cum dilectus de ordine cognitio. qui uere ad rem non facit, cum ibi non fuerit exceptum oppositum uè Castrum esse munitissimum, ob idque restituendum non esse, quod ea ratione forte contingit, quia tale non erat, ut de facili posset recuperari.

Nec est quod Castrensis & sequacium doctrinæ torqueantur, ut si diceretur t[ame]n Castrensem loqui, cum scādali timor subest, qui sane timor, nostro hoc casu cessat, ex quo rādium isti Marchionis hæc feuda pacifice possidēt, quia hic scandalum non leue consideratur, nam si Castri possessio restituitur Marchioni, & deinde contingat contra eum in petitorio sententiam ferri, si is parere nõlet, Respubl. incidendo ei bellum, non regionis modo, sed & hominum maxima inde oriri posset strages, quod euitandum maximè est, ut tradunt omnes in l. ult. C. de edicto Diui Adriani. & tradunt relati interpretes omnes ubi hac ratione futurum scandalum considerant. Minus quoque ad rem facit, si quis diceret, Paulum Castrensem ad propositum de Castro munitissimo exemplum, se se non restrinxisse coarctasseque cum t[ame]n exempla non restringant, sed declarant. §. hæc tenus. Inst. de grad. l. damni infecti, de dam. infecto, quia uerius est t[ame]n exempla declarare in quibus casibus procedat exemplatum gl. l. nunquam plura de priua. delictis Bello. lib. 3. sup. iuris. cap. 10. nu. 1. & ideo Baldus in l. petens col. 1. C. de pactis dixit exempla declarare intellectum. interpretes ergo, cum de damno irreparabili, de timore scandali, uerba faciunt, exempla adferunt in restitutione Castri, uel oppidi munitissimi, quia considerata strage, quæ ex bello sequi potest, dicitur adferri irreparabile damnum, sic intelligimus Castren. in l. si de ui in fine. ff. de iud. lason in d. l. 2. C. de edict. Diui Adriani. tol. Alex. & Ripa. d. §. nihil commune, & ceteros paulò ante relatos, immo las. in d. consil. 60. nu. 4. lib. 1. dum loquitur de Castro Mulazani, quod non est (ut fertur) ita munitum, ut Caltrum hoc Finarij, considerat solā difficultatem, quæ esse potest in restitutione lata sententiã in petitorio, nec magis loquitur las. quando contra potentiorē agit debiliore & minus potens, quàm e contra, nam in hoc differentiam non constituunt interpretes, ut malè aliqui aliter opinantur. cum ergo relati interpretes uerè casum nostrum diffiniant, ueræque sit eorum opinio, ut multis posset probari, quæ in presentiarum adferre pretium operis non est, dicendum est, Castrum hoc nõ restituendum esse & ut nõ restitatur, sua dent plura, quæ possent adferri aliorum castrorum, & oppidorum exempla, quoniam non est, quod t[ame]n exemplis nunc iudicemus eū uerè ignoremus, quomodo casus illi se se habuerint, solet enim t[ame]n ex facto ius oriri. l. si explagijs. §. in deliuo ad l. acq. tradit Dec. consilio 599. nu. 6. consil. 637. nu. 12. las. consil. 9. in prin. lib. 3. Bello. consil. 5. nu. 2. confert. l. Aretius, de statu hom. esset enim, quod sequeretur t[ame]n exempla, uel Pontificum, uel Imperatorum, iuxta tradita per Soc. Tractat. Fallen. reg. 225. Fallen. 2. & Afflictum Decisione. 38. nume. 8. & Plotum. l. si quando nume. 116. C. vnde uis, quado scilicet casus parcs essent, at apud nos

non satis constat, casus & terminos fore pares, alias enim exemplis iudicandum non est. l. ne mo. C. de sentent. & interloc. om. iud. Neui zanus lib. 5. Sylvar. nuptialis. nume. 62. si ergo exemplum ex plateo non confert, sumi inde non debet argumentum iuxta. l. in testamento de condi. & demo. Rursus t̄ exemplis tunc demum iudicamus, cum controuersum negotium nullo iure diffinitur, alias non, sic Boer. in Tractatu de auctoritate magni consilij. nume. 170. sed hoc in casu nos, non auctoritates modo multorum celeberrimorum interpretum, uerum & iura ac rationes sunt, quibus controuersia hæc recte pro Genuensibus dirimitur.

Nec aduersantur aliqua, quæ in motu contra solidissimum hoc fundamentum excitantur, quibus ad ordine satisfacio. Non ergo obstat, quod dicitur castrum, hoc non esse inexpugnabile, ut ipsimet Genuenses fatentur, respondeo hoc nullibi affirmasse Genuenses, sed contrarium potius. Rursus stat simul, quod dixerint non esse inexpugnabile castrum, & tamen sit ualde munitum, ita ut non nisi summa cum difficultate recuperari possit, & cum commode recuperari non possit, recuperari non posse dicitur, iuxta text. l. 3. §. si quis de statu libe. & clarius. l. nepos Proculo, de uerborum significatione: quare dicimus diuitem non esse idoneum t̄ fideiussore & conueniri non posse, cum commode non potest, eo quia artem habet, in qua se tueri potest, ut tradit Bartolus in l. 2. in principio. ff. qui fatid. cog. & ibi clarissime Angelus, negari ergo non potest, quin certo modo saltem dicatur expugnabile castrum hoc, possent enim multa euenire, propter quæ, non modo Respubl. Genuensis, uerum nec ipse Imperator maxima cū impêsa posset recuperare, quare t̄ possessionis restitutio ante omnia concedenda non est, ut in terminis dicebat las. d. cōsil. 38. colum. 2. uerfic. nec obstat. l. 3. dum loquitur in castro Seruallis, quod tunc sub potentissimi Gallorum Regis imperio positum erat, qui sane Rex tunc temporis potentior erat, quam nunc sit imperator noster Ferdinandus, & tamen considerauit castrum adhuc dici munitissimum, ut non sit ante omnia restituendum, ex quibus est satisfactum secundæ responsioni allegatæ in motuo: imo etiam cessat si diceretur Rempub. Genuensium esse ipsi Marchione potètiorem, & posse ad libitum. d. castrum & cætera oppida expugnare, quia responsum est, non dici posse, quod cum magna difficultate possumus.

Non obstat tertia responsio in motuo excitata, relata argumentationem procedere, quoad solam arcem, non quoad cætera, ex sententia Ruini cōsil. 37. num. 4. lib. 4. quia respondetur, quoad cætera bona Rempublicæ non contendere, quin illa consequatur Marchio, quinimo nihil possidet Rempublicam ex alijs bonis clarum est, & satis iam demonstratum.

Non obstat quarta responsio satis hoc casu esse Reipublicæ. consultum, t̄ si, ut se obtulit, idonee caueat Marchio se restitutum castrum & cætera omnia, si in potiorio succumbet, quod concedendum uidetur ex sententia Claudij Seytelij d. §. nihil commune num. 14. Goza. cōsil. 69. Paris. cōsil. 22. num. 100. lib. 1. Grati cōsil. 10. num. 31. Boer. q. 38. colum. penult. qui in motuo relati sunt, quibus accedit Zasius d. §. nihil commune. numero. 60. & ibi Rubeus numero. 149. in fine & ibi etiam Fabius Acorambonus olim Sacre. Romanæ Rotæ Auditor dignissimus, in inquam d. §. nihil commune. num. 14. Respondetur non esse satis tutum, ut committat se Respu. t̄ fragilitati cautionis, ut recte sentit Boer. d. q. 238. colum. ultima ex sententia Iacobini a Sancto Georgio relictus & a Claudio Seytelio & probat. l. qui ita. §. 1. ff. ad Trebell. qui non modo intelligitur, cum quis cogitur aliquid agere ad quod de iure non tenebatur, sed etiam si is de iure teneretur illud facere, sed non posset id commode facere ob futurum aliquod irreparabile damnum, ut nostro hoc casu: accedit præterea, quod idonea cautio nulla uere oblata fuit, cum nonnullæ fuerint oblatæ, in quibus conueniendis multo maioris dispendij res esset pro Genuensibus, quam conuenire ipsammet Marchionem, quare cessat dubio procul hæc ipsa difficultas.

Non obstat etiam quinta si diceretur tunc demum Pauli Castrensis & relatorum argumentationem procedere, quando t̄ spoliatus, qui tenebatur restituere possessionem spoliatori, fuit missus a iudice, ut eam restituere & noluit, quia tunc in eius contumaciam potuit occupari, ut Castrens. sententiam declarauit Fabius. d. §. nihil commune nume. 4. & Ruin. cōsil. 42. numero. 12. cōsil. 43. num. 11. lib. 4. Rubeus cōsil. 13. num. 9. Neuzan. cōsil. 82. nume. 33. Cagnol. in. l. non est singularis num. 2. 3. de regulis iuris, quod a Genuensibus obseruati minime fuit, quorum partes erant adire prius iudicem & via iudicialia tentare ius suum consequi, quod si concessum tunc non fuisset oblata sibi occasio.

bone, castrum hoc & cætera omnia occupare, fuisset concessum, quod cum factum non fuerit, relata ratione adiuuari minime posse uidentur. Respondetur non forte esse hoc factum in casu nostro, quoad quidem si iudex (qui tamē adiri nō potuit ut statim subijciā) aditus fuisset, maiorem præstitissent Genuenses ansam & facultatem Marchioni se in castro muniendi. Rursus iudex adeundus non erat per Genuenses, tum quia id commode satis fieri non poterat, nam conuenire Marchionem sub alio iudice, quam sub proprijs ordinarijs, facere non debuerunt, ne aliorum iurisdictioni, a qua sunt exempti, se subicerent, conuenire autem Marchionem sub proprijs ipsis Genuensium ordinarijs, frustra tentatum fuisset, cum iam is preuerit per tot annos Genuensium superioritatem, ut iam hesternæ die in secundo articulo iam excusso, admontimus.

Non obstat sexto si diceretur Castrens. & aliorum opinio non procedere, quoad ambo spoliator scilicet & spoliatus, sub uno eodem principe essent, & causa coram eo agitur, ut est in casu nostro, ex quo enim in principis manu est, cogere spoliatum & restitutum, si succubat, in causa petitoris sententiæ parere, castrum etiam munitissimi restitutum minime retardanda est, sic declarauit Iacobinus a Sancto Georgio in. l. si de iud. quem secutus fuit Claud. d. §. nihil commune nume. 12. 13. & ibi Rubeus nume. 146. Zasius nume. 60. Goza. cōsil. 1. in fine cōsil. 7. num. 22. Ruinus cōsil. 37. numero. 3. lib. 4. Gratus cōsil. 18. nume. 29. lib. 1. Parisi. cōsil. 12. nume. 100. lib. 1. Boer. q. 238. colum. penult. Respondetur primo, & negatur hoc casu utrumque ex his contendentibus esse sub vno Principe, sub imperatore scilicet, ut supra diximus latissime in primo articulo. Respondetur secundo, non esse ueram relatorum interpretationem sententiæ, quæ solum nititur auctoritate Angeli in l. 2. ff. qui fatid. cogantur affirmantis t̄ nobiles habentes castra munitissima esse idoneos fideiussores, si sub eo Principe essent, qui castrum expugnare potest, nam aduersus Angelum crebrior est interpretum sententia, ut ingenue testatur Boer. d. q. 238. colum. penultima. Respondetur & tertio relatorum interpretes loqui, quando in facultate illius Principis est castrum expugnare, quæ sane facultas cessat in Ferdinando imperatore nostro, qui in Italia nec dominium, nec potestatem habet, nec facile in illis regionibus Marchie Finarij exercitum ducere poterit.

Sexto ut huius sim sententiæ, ex eo tandem adducor, quod ipse Marchio, non ut deictus ac expulsus, sed ut metu compulsus castrum in manibus sequestrari depositum, quo fit, ut suo facto & voluntate dicatur spoliatus, quæ uoluntas, & si meticulosa forte dici possit, attamen non remedio reintegranda agendū est, sed a cōtione quod metu causa, qua meticolose gesta rescindi possunt, ex illo Rotonis edicto, ut uere actum fuit, si rectè perpendatur acta, quare hoc remediū t̄ ex edicto, quod metu causa agenti, dominij exceptio obici potest, ut hanc sententiam interpretes ferre omnes affirmarunt, eam enim probauit Baldus in. l. 3. in princip. C. quod metu causa & in cap. 2. de restitutione spoliatorum Alexan. in. l. naturaliter. §. nihil commune num. 18. & ibi Ripa num. 74. Zasius num. 54. de adquirenda possessione, egregie consultus respondit Soc. Sen. cōsil. 59. colum. 3. uerfic. confirmo alio fundamento, libro tertio, Alexan. cōsil. 92. num. 4. lib. 1. cōsil. 6. nume. 5. libro. 3. las. cōsil. 38. nume. 3. libro. 3. Dec. cōsil. 56. colum. ultima, Corifer. Tractat. Fallent. ad regulam, quod spoliatus ante omnia restituatur Fallent. 32. nec aliter sentit Bartolus. in. l. si ob turpem, nu. 2. & ibi las. nu. 3. ff. de condi. ob turpem causam, clarius idem Bart. in sua q. 6. quæ incipit Lappus, in solutione uerfic. secundo casu quando, & horum interpretum sententiæ satis iure firmatur, ex clarissimo text. l. si rerum. ff. de ui & ui armata, ubi idem affirmauit gl. & Bartol. nam est illa uergens ratio, quia t̄ uoluntas compulsæ, quamvis meticulosa sit, ueluntas tamen est, glofa. l. si mulier. §. ultimo. ff. quod metu causa las. l. qui in aliena. §. Celsus. num. 35. de adquirenda hereditate, Dec. l. uelle non creditur num. 4. de regulis iuris: licet ergo per metum actum illud sit, attamen ualet rescindi que debet remedio edicti quod metu causa, ut egregie affirmarunt Signo. cōsil. 75. num. 22. Ancha. cōsil. 382. in princip. Fely. in ca. præterea. nu. 35. uerfic. quinta & ultima conclusio, desponsa. & ideo cum compulsus spoliatus proprie nō dicatur ei obici potest dominij exceptio. l. uel tima. §. ultimo. ff. quod metu causa.

Nec est quod hæsitemus, & si alii non nulli aliter & male (mea sententiâ) senserint, ut is Anton. ab Alexandro, quem retulit Rubeus d. §. nihil commune nu. 146. quo loci Fabius num. 52. eandem opinionem est secutus. affir marūt isti, nullam esse differentiam inter uim expulsiuam, & compulsiuam, & tamen maximam esse ostendit is text. l. si rerum. ff. de ui & ui

39 *ui armata adducuntur & t Bartoli doctrina in l. pen. num. 2. de cond. ob turpem causam, & in l. 2. nu. 12. C. quod metus causa, à cuius sententia non est visus recedere Bald. d. l. penult. ff. de condit. ob turpem causam, dum do cuisse videntur, quod si metu compulsus possessor agat contra eum obici dominii exceptionem non posse, ob idque non esse querendum, quæ illata vis fuerit, uel expulsiua, uel compulsiua, sed tantum quomodo deductum & motu iudicij, attamen (ut admonui) nõ est quod hæsitemus, quandoquidē, si Bart. sic sensisset, dubio procul male sensisset, cum inter duo hæc Prætoris remedia, inter scilicet edictum quod metus causa, & interdictum vnde vi, maxima sit differentia: deiecto enim & sua possessione spoliato interdictum unde vi conceditur, qui uero rem suam seu proprietatem seu possessionem amisit per metum, rescisso prius actu per metum celebrato, ex edicto quod metus causa rem deinde uel possessionem repetit. d. l. si rerum. ff. de ui & ui armata, nec enim, cum remedium mouetur rescissorium, ex edicto quod metus causa conuenit statim mouere remedium recuperande, uel ex interdicto unde ui, uel ex l. si quis ad se fundum. C. ad l. iul. de ui, uel ex l. memine ynt & l. si quis in tantam. C. vnde ui, uel ex ca. Reintegranda. 3. q. 1. quæ omnia eò tēdunt, & si male aliqui sint aliter opinati, nam prius est, ut actus metulose gestus rescindatur, quo rescisso rem uel possessionem translata, si, qui eam amisit, consequi poterit, quod de clarant omnes in §. rursus Inst. de actio. & tradunt Signo. Ancharanus & Fely. statim supra relati, dum ergo ex edicto agitur gesta per metum rescindi, statim dominii exceptio obici poterit, ut relati omnes interpretes sentiunt, & recte iuxta naturam edicti, quod ergo docuit Bartol. & post eum cæteri, intelligi altero ex duobus modis potest, uel primo, quando proposito edicto rescindente subsecutaque rescissione actus absque eo, quod aduersarius aliquam dominij exceptionem obiecerit, deinde is qui obtinuit actum rescindi moueat remedium recuperande possessorem, tunc enim fateor obici non posse, quia eo ipso quod est possessor iustus restituere & nõ restituit possessionem, nec ad eam admittantur illum possessorem, eum sine illius facto spoliare dicitur sic probant Bartol. l. ult. ff. de præcario & Afflict. Decisione. 40. Soc. Scnior consil. 122. num. 17. lib. 4. Ruinus consil. 165. num. 4. lib. 4. Crauet. consil. 107. num. 3. uel etiam secundo loco intelligo Bartolum*

loqui, quod ubi agitur actione quod metus causa, dominij exceptionem obici posse, cū uero agitur recuperande nõ posse, non affirmat tamen Bar. quod ubi quis per metum tradidit possessionem, posse agere recuperande ex interdicto vnde vi, similique remedio recuperatorio, cum spoliatio nõ detur, quod si spoliatio dici potest, in propria & facta spoliatio dicitur, quæ dominij exceptionem admittit, ut ex Bart. in l. cum is. §. fideiussor versic. nam debes scire. ff. de condi. indebiti clarè docuit Petrus Stella Aurelianus in repetitione. l. repetitio num. 57. ff. de cond. indebiti, ex quibus constat recentiores aliquos male interpretatos fuisse Bartoli doctrinam, & fatuum esse dicere, textum. l. si quis ad se fundum. C. unde ui. l. meminerint & l. si quis in tantam. C. vnde ui, loqui tam in ui compulsiua, quæ expulsiua quandoquidem sunt illæ omnes exceptiones & declarationes interdicti vnde vi, quod cum expresse eum non adiuuet, qui per metum compulsus rem tradidit. d. l. si rerum. ff. de ui & ui armata, non possunt pariter & illa in ui compulsiua loqui, nam sic interdictum vnde ui corrigeretur, quod dicendum non est, in dubio præsertim. l. precipimus. C. de appellat. & præsertim, cum diuersa substat ratio expulsiua enim suam non adhibuit uoluntate, compulsus uerò adhibuit, & si dicatur id per metum euenit, respondetur prius constare de metu debet, & actus rescindi.

40 Nec est, quod quis obiciat text. t. l. medicos. ff. de varijs & extraord. Crim. iuncta Bar. doct. l. interpositas. C. de Trans. dum probatur, quod is, qui metu amittendorum oculorum rem uendit, posse tamen recuperare possessionem: nec ei posse obici dominij exceptionem resultantem ex uenditione iam sibi facta, & unde sumperit originem. l. medicus festiue declarat Alciat. Parerg. 2. cap. 39. & declarat Afflictus Decisione. 123. num. tertio. Respondetur ad rem non conferre, quia si is text. prohibet & obici exceptionem quasi dominij esset ex contractu illo metulose gestio, quo rescisso constat inutile esse ac uitio iam acquisitionem, sed diuersum est in casu nostro, quia Respublica Genuensis non obicit exceptionem dominij quæ sit tempore huius belli & controuersie, sed antiqui temporis, quod recte obici potest, ex iam relatis, nec ibi uerbum fit, quod possessorem ille antiquus restituatur illico non audito nouo possessore obicietate causæ dominij ex alio contractu & actu. Respondetur secundo Bartol. ibi & Baldum in l. interpositas. colum. 2. C. de

de tras. intelligere. d. l. medicus procedere, cū officio iudicis agitur in casu illo, at nostro casu ordinario remedio actum est ex ca. Reintegranda. 3. q. 1. uel uerius actione quod metus causa, ut acta restantur, dum petijt Marchio gesta per metum rescindi.

41 Non pariter est, quod obiciatur text. t. cap. 2. & 3. de restitutione spoliatorum, qui aliter intelliguntur, quàm de ui compulsiua, text. enim illi solum inquit spoliatum renuntiantem beneficio pendente adhuc spoliatio nem sibi facta præsumi metulose renuntiasse, ideo non impedire restitutionem ante omnia, ibi ergo spoliatio, quæ præcessit non fuit, per metum & ita per uim compulsiuam, sed per uim expulsiuam, nec enim gestum ali quid fuit, quare rescissa renuntiatione is spoliatus ante omnia restituitur, diuersum est in casu nostro, ubi Marchio ante transactionem, & sequestrum expulsius non fuit, sed ipse per metum existens adhuc in possessione transiit & sequestro consensit. quare illato metu possessione tradidit, quæ si recuperare uult, necesse habuit, habetq; remedio prius uti rescissorio ex edicto Prætoris, qd met. ca.

Non est quoque, quod obiciatur, Marchionem fuisse maiori parte bonorum spoliatum excepto castro, cum ferè omnia bona fuerint per milites Genuensium ablata, quo fit, ut idem sit de castro iudicandum, ut maiori parti bonorum accedat, cum maior illa pars ad se minorem trahat, quia respondeo primo hoc procedere solum in indiuiduis & inseparabilibus, sic Afflictus Decisione. 213. declarandq; t. l. si communem. ff. quemadmodum feruit. amitta. sic Iason consilio 238. in fin. lib. 2. Marfil. sing. 180. pulchrè Didacus libro Practicarum question. capi. 14. num. 2. Respondetur secundo castrum præualere cæteris bonis, non tantum ratione ualoris, sed ratione securitatis, seu periculi, nam cætera bona facile possent consequi, quando in petitorio esset lata sententia, secus in castro, ideo ratione causæ principalis t minus dignum ad se trahit maius §. si tamen Inst. de rerum. diu. pulchrè Conserus in suo singulari in uerbo legatum incipit lego uxori, Ripa in rubr. extra de iudicis num. 28.

44 Non etiam obstat, si dicatur Marchionem agentem t petijisse transactionem initam rescindi de facto iuxta doctrinam Baldi in l. si quis ad ciuilia col. ult. vers. ex quibus apparet C. de appella. ac etiam ante eum Bartoli in l. qua sub condicione. §. ultimo num. 2. de conditio. Institu. quæ uerè hoc in casu locum ha-

bere videntur, ex quo gesta ab ipso Marchione per metum ipso iure nulla dicuntur, cum ante initam transactionem protelatis fuit, quod quidquid ager, per metum factum, ideo quæ deinde gesta sunt, ipso iure nulla dicuntur, quia omnis consensus abesse dicitur, ut egregia est sententia Castren. in l. qui in alienatio. §. vltimo. ff. de adquiren. hered. quam secutus fuit Ruinus consilio 121. num. 25. lib. 4. qui & alios plures in hanc reuulit opinionem: si ergo transactio est nulla consensu ipso deficiente, sequitur nullum præstare impedimentum glos. l. si pater. C. ne de statu defuncto Baldus in l. vltima. C. de non nume.

47 pecu. Respondetur t Bartolum, & Baldum loqui in actu ipso iure nullo, uel ex conuentione partium, uel ex iuris dispositione, nam uerè si tunc agitur in iudicio, actum illum annullari seu cassari, intelligitur quatenus de facto processit, quia quod est nulli de se non possum petere annullari, sic etiam Bartolum intellexit Soc. Junior cons. 52. num. 1. 2. lib. 2. Sebastia. Vantius Tractatu Nullitatis prima parte num. 6. 7. sed uerè in casu nostro non possumus præsupponere gesta inter Marchionem & Genuenes ipso iure nulla, sed ualida præsupponimus rescissione tamen digna ob adhibuit metum. Nec obstat doctrina Castren. d. l. qui in aliena. §. vlt. quia minus recte sentit ut admonuit Alexand. in l. pacta nouissima nu. 6. C. de pactis nec aliter idem Alex. sentit in consil. 16. colum. vlt. lib. 1. clarius Alcia. responso. 291. nu. 4. & uere. Castre. ac Ru. sententia nõ defenditur, ut infirmis admodum nitatur fundamentis, nam ratio illa prima, qua adducitur Castren. ob protestationem de clarari nullum esse consensum ipsius prostantis, cum actus celebratur, ob idq; actum ipso iure esse nullum, est admodum infirma, ut animaduertit Alex. quoniam ea protestatione de monstratur quidè in futurum ex interuallo metu durare, nõ tamè ex eo ostenditur actum deinde celebratum esse ipso iure nullum, cum necesse adhuc habeat is protestas de protestatione fidei facere, & metum ostendere, nec eo ipso quod hoc facit ostendit nõ eõfueuisse, quia uere cõsensit, sed per metum quo casu est successus

48 ex Prætoris edicto nec text. t. i. ext. de his, q; ui metus ue causa, quo in hanc sententia Rui. adducitur probat, cum loquatur de metu adhibito in matrimonio spirituali, quod nõ tenet cū Deus uoluntariu nõ coactū militè eligat, & maxima differentia est, inter uti & alterum, nõ cū matrimonia libera omnino esse debeant mirum si uitantur ipso iure, sic egregie Abb.

SVMMARIVM QVARTI ARTICVLI.

in cap. causam. de offic. deleg. Dec. cap. ultimo. colum. 1. de appellat. & in l. in omnibus num. 3. de regulis iuris, Neutz. conf. 49. nu. 3. qui uno ore affirmant, minorem t metum iuciare contra tractum matrimonij, quam ceteros actus accedit præterea in eo text. capit. 1. non probari ipso iure illud matrimonij esse nullum, sed probato metu sententia fertur & rescinditur. Nec Abbas Imola & Angelus, qui a Ruino pro hac sententia citantur, hanc affirmantur opinionem. Respondetur & secundo tunc demum t protestationem clandestinè factam, ad actum deinde subsecutum tollendù prodesse, quado is actus est contra bonos mores, sic Alex. d. conf. 16. col. ult. lib. 3. ex sententia Baldi in l. clari. C. de fideico. quos secutus est Crauc. conf. 120. in fine, sed in casu nostro illa transactio nihil, quod bonis moribus aduerteretur, continet: sequitur ergo nec nullam, nec rescissione dignam esse. Respondetur tertio & clare, iam nostro hoc casu costare a Genuesibus huius Marchionis illatù fuisse bellum, ut ipsam Rempublic. libere & absolute quemadmodum consuevit alias recognosceret, & tamen transactum t sub alia forma esse, ut re ipsa apparet. quare transactio ualet, ex doctrina Innocentij & Ioannis Andreae in capitulo cum locum de spofal. in Sexto, a quam vt egregiam & notabilem probauit Afflictus Decisione. 246. in fine, dum affirmant, quod si quis fuit carcere mæcipatus, vt ab eo extorqueretur pecunia, si alter contraclus fuit deinde celebratus, cõtractum illatum ualere, sic in casu hoc nostro

Non obstant nunc adducta supra in oppositum, quia illis satis superque ex iam relatis responsum est, nec enim illa ad rem conferunt, si relatas rationes & fundamenta diligenter obseruabimus, quinimo ex relatis illis dubitationibus aliqua sunt, quæ iure non probantur, & ita absolute non procedere, ut aliqui opinantur, quod exponere nûc precium operis non est, superest ergo, ut concludamus, in sua ratione excellam Genuesium Rempublici. Dominij exceptionem obiecisse, ob idque esse, tam super petitorio, quam possessorio iudicio procedendum & iudicandum.

Caroli Quarti imperatoris inuestitura Finarij Marchionibus concessa. Rex de facili ad pristinam naturam reuertitur. Feudalis officij potest res libera. Compromissum de re feudali fieri non posse. Maximilianij sententia contra Genueses lata. Iudicata res habetur pre ueritate. Metu gesta ualent ipso iure, rescindi tamen possunt. Metus iustus quis. Beneficij constitutiõnis. l. Bene a Zenone. C. de quadrienn. prescrip. s. uirtus, qui ab imperatore rem acquisiuit. Prescriptio contra Zepp. 30. Vel. 40. annis decurrit. Dominum nõ transfertur ex sententia, prescriptio ex laude. Spoliator uolentis, iure suo priuatur. Feudorum constitutiõnes ante Othonem secundum non fuisse. Feudalis constitutiõ prima a Conrado secundo adinuenta. Constituta ex Alcia. & Parisij sententia. Caroli de Iacini, de origine feudaliõum constitutiõnis, opinio. Feudalis constitutiõ cap. 1. in tit. conf. feud. D. Lothary, an Lothary primi, uel tertij potius sit. Lotharius primus, quo tempore imperauerit. Verba, donamus, atque clariorum non feudum, sed liberam donatiõnem constituit, ostendunt. Clausula, transmittit omne ius, quod ad me pertinet, demoustrari omne ius esse traslatum. Dicitio prout, qualis significatiõnis. Dicitio omnino, restrictiõnem non patitur. Dicitio omnino, idem quod imperpetuum, significat. Delegare omne ius suum, quid sit. Potestas & facultas uendendi, committendi & alienandi, in feudi concessio, quid operetur. Otho. 2. quid Alodiano concesserit. Res possessa, propria, non aliena presumitur. Res una diuerso iure cõferri non debet. Actus subsequens animam declarat. Feudum a fidelitate nomen sumpsit. Fidelitas, nihil specialitatis in feudi tribuit. Fidelitatem obseruanti, qui subiecti sunt, & si uasalli non sint. Verbam inuestire, & disueltire, cuius significatiõnis & effectus. Inuestitura vox generalis nulla comprehendens. Marchia, quid sit, & an feudum ostendat. Marchia iure proprio possideri potest. Comitatus concessio, an ostendat eum feudum, in rim cõmittatus esse concessum. Clausula, concedimus prout iuste & legaliter possimus, cum eius effectus & significatiõnis sit. Imperij iura alienari possunt. Imperij iura alienari possunt, cum non maximi detrimenti sit alienatio. Imperator, Ciuitatem, castram, uel prouinciam imperio subpositam donare potest. Feudum alienabile, nisi filiorum prælegari a patre potest. Feudum hereditarium, nisi filiorum prælegari potest.

Feudum, seu concessio Othonis secundum illius naturam fuit, ut de eo prælegatum fieri potuerit. Feudum non alienabile, inter suas alienari potest. Feudum non amittit uasallus, si comprehensum in inuestitura sine domini consensu alienet. Consecratiõnis uisus familia testandi & de rebus suis certo modo disponendi, probabilius est. Filius patris heres factus, feudum a patre alienatum reuocare non potest. Feudum Marchia, diuidi an possit. Feudum sui naturam alienabile, diuidi potest. Capitulum imperiale, s. præterea, de prohib. feud. alienatione, per Freder. sensus genuinus, & intellectus. Capit. Imperiale. s. præterea de prohib. feud. alienatione, per Freder. locum non habet, quando pater uisum filiorum bona alodialia saltem feudalia reliquit. Cap. Imperiale. s. præterea de prohib. feud. alie. per Freder. locum non habet, cum ex consecratiõne feudi diuisio & dispositio concedatur. Feuda in Italia ex consecratiõne diuidi possunt. Lite pendente alienata, sunt ipso iure nulla. Possessio ex actu lite pendente facta, transferri non potest. Ius nostrum, sine nostro pacto a nobis auferri non potest. Ratificatio actus nomine nostro gesti, sequi debet, ut is actus nobis prosit. Ratificatio circa actum nihil operatur. Ratificatio, non tribuitur ad incogitata. Ignorantia non presumitur. Ratificatio eandem solemnitatem postulat, quam actus ipse principalis. Actus subsequens ostendit præcedentem animum. Ius in potentiores ad aduersarij detrimentum transferri nequit. Verisimile, quod non est speciem falsitatis habet. Falsa non presumuntur. Prescriptio. 30. Vel. 40. annorum, directum dominium acquiritur. Prescriptio tolluntur iura imperij. Bonafides non presumuntur. Titulus ex errore iniusto causatur. Prescriptio centenaria necessaria an sit, ad tollendum iura imperij. Malafides casatur in eo, cui iam denotatum fuit, ut rem illam acquireret, possideret ut. Iudicij factum, quomodo possessorem excuset. Spoliator Principis auctoritate in possessione occupata confirmari non potest. Prescriptio in feudibus locum an habeat. Feudum alienabile, est & prescripibile. Feudum regulariter iuratio. 30. Vel. 40. annorum prescribitur. Cap. 1. s. præterea de capit. Conrad. & cap. imperiale de prohib. feud. alien. per Freder. in qua prescriptiõnis specie locum habet. Regula, quod actus de facili ad suam naturam reuertitur, declaratur. Feudum cum potestatem alienandi concessum sine consensu directi demini, alienari & de eo disponi potest. Feuda de archonatus deministrari, sine directi demini consensu alienari possunt. Feuda de archonatus bene sine consensu directi demini alienari possunt.

Q V A R T V S A T T I C V L V S.

Q V A R T V S, qui discutiendus est hodie articulus (viri consultiissimi) difficilis est admodum, & perplexus, tum quod in alto versatur pelago, tum quod de re maximi ponderis in eo agitur, quamobrem maxima nos uti oportet diligentia, cum ab eo præsertim omnem difficultatis nodum pendere videamus, si enim intelligemus, quorum alterum, uel Marchio hic Illustrissimus, uel excelsa potius Genuensium Respub. ius in hac petitorij seu dominij causa foueat, frustra certe de solius possessionis controuersia sententiam ferret Cæsar hic Augustissimus. ut ergo hanc ipsam dissoluamus dubitationem, dicendum vi debatur, Illustrissimum hunc Marchionem potiora iura in causa dominij, sicq; petitorij huius Marchiæ fouere, ratione scilicet directi dominij, & ut huius aliquando essent opinionis, his adducebar.

Primo me plurimum illud mouebat, quia satis clarum est (et in primo articulo attingimus) hanc Finariensem Marchiam ab Orthone secundo anno 967. nostræ salutis fuisse Aleandro Saxonio concessam, quam is, suiq; pro tempore successores omni femota conuersa possederunt usque ad tempora Caroli quarti qui sub anno 1355. precibus Georgij Carreti, nec non Emanuelis ac Alerami dicti Georgij patruelibus, illis concessit inuestituras, quibus clare magis posteris cõstaret, feudum hoc Imperij, non aliorum esse, quod iuste ac optima ratione fecisse videntur hi Carretenses, cû recognouerint feudum à Carolo Quarto, quod ab Orthone secundo suianecessores consecuti fuerant. † facili enim datur ad pristinam rei naturam regressus, glo. in l. si unus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis ubi las. nu. 6. & latè Tiraq. de retractu. consan. in procem. num. 58. in fin. Neuzia. lib. 6. Syluæ nuptia. num. 27. 25. & hoc casu etiam in correctorijs sit extensio Didacus li. 3. varia. resol. ca. 6. nu. 4. in fine, idem censuit Cur. su. cõf. 1. n. 22. cõf. 5. nu. 29. cõf. 6. nu. 14. cõf. 9. n. 4. & egregie cõf. 102. n. 5. etiam quoad tertij præiudicium Soc. Sen. inter cõf. lia Bruni cõf. 10. nu. 31. sic post alios tradit Gramma. Decis. 106. nu. 3. Goza cõf. 1. nu. 31. qui loquitur in concessione ab Imperatore reuocata, & primo domino iterum data, in nostris terminis idem Goza. cõf. 8. num. 41. & cõf. 9. nu. 31. & egregie idem cõf. 26. nu. 54. & pulchrè Ruin. cõf. 1. nu. 8. lib. 1.

Secundo ex eo adducebar, quod etiam si præsupponeremus concessionem ab Orthone secundo factam non in uim feudi, sed simplicis donationis fuisse, attamen licuit illis Georgio, Emanueli ac Aleramo, rem t propriam & liberam ab altero recognoscere, ut feudalem, sic uiri plures consultiissimi affirmarunt, præsertim Iacobinus à Sancto Georgio in tracta. de Homagijs. col. 2. vers. aliquando fit homagium. Vldaricus Zasius in tracta. feudo. tertia parte in fine. & in claris nostris terminis in Marchia Montisferrati, quæ eandè una simul, quam nostra originem habuit, ab Imperatore potuisse recognosci, affirmauit Rolandus à Valle vir celeberrimus cõf. 2. num. 108. qua recognitione stante, clarè apparet Genuensium Rempublicam ius nullum metiri posse ex illo laudo Antonioti Adurni anno. 1385. cum de re feudali in eum t compromissum fieri non potuerit, ut affirmarunt Signo. cõf. 10. num. 3. Specul. in tit. de locato. §. nunc aliqua num. 117. Goza. cõf. 4. co. pen. Calca. cõf. 50. col. 2. & 3. quod præsertim procedere dicitur quando ex eo laudo feudum in potentiorum transferretur. Specul. in tit. de feudo. §. si quis super nu. 63. Arret. cõf. 14. col. 1. Alex. cõf. 30. col. ult. lib. 1. repetitum cõf. 2. lib. 5. alios plures sciens prætereo.

Tertio viget me nõ parum, quia iam satis intelligimus laudum illud à quo omne Genuen, ius pendet, fuisse à Maximiliano Imperatore an. 1482. declaratum nullius momenti, omnia que gesta in illam usque diem reuocauit, quo fit, vt ius omne Genuensium sublatum extinctumque fuerit, cum sententia illa sit in iudicatum lapsa, ita ut t res iudicata pro ueritate habeatur. I. res iudicata. de reg. iuris, quæ sanè laudi reuocatio à Maximiliano facta iusta ratione facta dicitur, cum compromissum in Antoniotum Adurnum factum, per metum factum dicatur, quod in actis deductum dicitur, dum in quibusdam scripturis fateri ipsimet Genuenses uidentur, tunc partes in Antoniotum Adurnum compromississe, ut lites contentiones & discordias sedarent, guerras ac scandala euitarent, quinimo affirmat, tunc temporis illatum fuisse bellum illis Marchionibus, multaq; loca illius Marchiæ fuisse igne & ferro absumpta: constat ergo compromissum fuisse metu factum, quamobrem rectè ab ipso Maximiliano dicitur rescissum, cum t metu gesta, rata non habeat Prætor. l. 1. ff. quod metus causa omnes in. l. nihil consensui. de reg. iuris in. l. interpositas. C. de transact. & alibi sapissime, & satis iudicatur t iustus metus, armor-

terror. l. 3. §. si quis uim. ff. de ui & ui armata Alexan. cõf. 98. nu. 3. lib. 3. Quod etiam fortius confirmatur, quia eam reuocationem fecit Maximilianus ex certa scetia, & motu proprio, affirmans se plenissimè informatum esse & cognouisse compromissum illud ac cætera omnia deinde subsecuta adulterina fuisse, ac inique extorta, in eaque reuocatione usus est Maximilianus, plenitudine suæ potestatis, potuit ergo ac uoluit illa omnia extinguere, & subuertere, ut multis concludit Dec. cõf. 101. qui affirmat uirtute dictarum clausularum censi reuocata & abrogatam donationem aliàs a superiore factam.

Quarto adducor ex eo, quod præsupposito Alphonsum Carretum Seniore, ac huius Marchionis auum cõsecutum fuisse ius suum à Maximiliano Imperatore, poterit is uti beneficio t. Bene à Zenone. C. de quadrienn. præscripti. vt scilicet, per quadriennij lapsum omnino tutus sit, & qui in re ius aliquod præterdit cogatur ipsum Imperatorem cõcedentem adire, qua de re plura doctè ac egregie apud consultiissimum Craue. cõf. 263. col. ult. si ergo ius aliquod in hac Marchia præterdunt Genuenses, non Marchionem hunc, sed Imperatorem conuenire debent.

Quinto moueor, quia præsupposito millies Rempublicam consecutam fuisse. d. Marchionatus partem, tam ex laudo Antonioti Adurni, quam ex susceptis deinde inuestituris, attamen, ex quo Alphonsum ille Senior à Maximiliano consecutus est inuestituras, satis dicitur decuria t præscriptio ad commodum Imperij, & Marchionum aduersus Rempub. contra quam satis superq; dicitur præscriptum spacio annorum septuaginta, & octo, ex Castren. & aliorum doctrina in l. ult. col. ult. C. de sacros. eccle. Alexand. cõf. 106. numero 20. lib. 5. Balbi tracta. præscriptio. 3. particula. quintæ partis principalis q. 1.


Sexto illud maxime huic Illustrissimo Marchioni suffragari uideret, quod Genuenses solus ius suum à laudo Antonioti metiuntur, quod sane laudum t dominium transferre nõ potuit, ut in specie affirmat Baldus in l. ult. §. ultimo in fine. C. communia delegatis, nam ex iudicis sententia dominium non transferri fortius censuit glof. l. exceptio. ff. de exceptio. rpi iudicate.

Septimo ac ultimo, ex eo adducebar aliquando, quod etiam si præsupponeremus, Genuensibus ius aliquod in hoc Marchionatu fuisse acquisitum, attamen illud amississe, & commissum uolentiam, ex dispo-

tionè. l. si quis in tantam, ubi doctores omnes. C. vnde ui, & amiserunt inquam Genuensius suum tam ad commodum Marchionis uilis domini, quam Imperatoris directi, ut tradit glo. & ibi omnes in. d. l. si quis in tantam, & egregie apud Nattam cõf. 101. numero 2. lib. 1. hac me non mediocriter hæsitantem reddebant, ut pro Illustrissimo ipso Marchionem, sentirem.

Cæterum re ipsa paulò diligentius perpen-sam contrariæ opinionis, & sententiæ, in causa hac & iudicio dominij, seu Petitorij, ius optimum Genuenses fouere, quod ut verum ostendam, multis adducor, prius uno uerbo relata facti specie. Concessio ab Orthone secundo Aledramo Saxonio facta eo anno. 967. fuit. res se habuit pacifice usque ad tempora Caroli quarti, quo tempore in rerum natura reperiebatur alter Aledramus, qui tunc totius Marchionatus Dominus erat, is cum tres haberet filios. Georgiū scilicet, Henricū, & Antonium, testamentum condidit, & Castrum Finarij aliaque multa illius Marchionatus Antonio prælegauit, qua de re duo alij Georgius scilicet & Henricus conuesti sunt, paterno desiderio uelle acquiescere negantes, ob id litem vna simul habere cõeperunt, mortur interim Henricus duobus filiis post se relictis, Aleramo scilicet tertio & Emanuele. Georgius, ut Antonium illuderet ac falleret, suo nomine, ac etiam nomine duorum patruelium, Carolum. 4. anno. 1355. adiuit, & ab eo inuestituram pro duabus integris tertis, sicq; pro octo uncis totius Marchionatus consecutus est, sicq; à Carolo quarto feudum hoc recognoscere cõcepit. Iis adhuc, quæ cum Antonio pendebat per multos etiam annos perdurauit, Genuenses ius in ipsa Marchia præterdentes ex antiquis inuestituris iam concessis anno. 1227. ut ostendit Nebiensis Episcopus in Genuensium Annalibus, & in auxilium ipsius Antonij prælegatarij, vna simul cum eo bellum aduersus Georgium, & duos illos patruelos mouere. tandem, ut quiescerent omnia, fuit in Antoniotum Adurnum eo anno. 1385. compromissum, & in eo laudo interuenierunt Antonius prælegatarij pro una parte pro altera ille Emanuel & Aleramus filij Henrici, pro tertia uero duo filij Georgij, qui à Carolo quarto, adeptus fuit inuestituram, & qui paulò ante erat uita functus. duo inquam filij, scilicet Lazarinus & Carolus, & deinde Georgius secundus patruelis. d. Lazarini, & Caroli ex fratre, Henrico secundo iam uita functo, & ita in ipsum Antoniotum fuit compro-

missum, ut etiam iudicaret superioribus Reipubli. Genuensis. & quo res reddatur clarior, hanc subiciit tabellam, qua singulorum nomina, qui in controuersia hac ipsa ius sibi esse credebant, demonstrantur.



Res ita se habuit usque ad tempora Maximiliani Imperatoris, cuius tempore hoc est secundum Illustrissimum Marchionem anno. 1482. Alphonsus auus ab ipso imperatore inuestituram consecutus est, & per sententiam reuocata sunt omnia ante gesta cū Genuensibus, ut iā supra relatum est. In hac hypothesi sunt plura & diligenter consideranda, praesertim illud primum concessionem ab Othone secundo Aledramo factam, non in unum feudum sed simpliciter & terræ donationis fuisse, quod si uerum est, (ut uerissimum statim ostendimus) sequitur licuisse illi Aledramo secundo

praelegatum facere Antonio, quinimo millies concessio hanc Othonis concessionem fuisse feudalem, adhuc tamen defenditur praelegatum Antonio factum, ut statim aperiam. Est considerandum & illud secundum, quod pendente lite inter ipsum Antonium praelegatarium Georgium, & duos illos patruales, non licuisse Georgio adire Carolum Quartum & in detrimentum d. Antonii inuestituram suscipere. Est etiam tertium illud perpendendum, duos illos patruales, Aleramum scilicet tertium & Emanuelelem non consensisse inuestituræ a Georgio patruo suo & eorum nomine su-

suscepta, ita, ut ratione portio nis sibi continuentis Marchia nõ sit effecta imperialis ex quibus elicit clare, ex suscepta inuestitura a Georgio illo ratione unius tertiae partis tantū fuisse imperio suppositam, & a Carolo Quarto recognitam, quā sane portionē ostendimus ultimo loco recognosci non potuisse.

Primum ergo illud, quod considerandum diximus Othonis scilicet concessionem non feudalem, sed liberæ donationis fuisse demonstratur, Primo, quia tempore huius Othonis 13 secundi nondum feudorum iura & constitutiones editæ fuerat, nec promulgata, ut in specie nostri casus in hac Othonis concessionem Aledramo facta argumentantur Parisius consil. 23. num. 266. libr. 1. & Alciato responso. 199. num. 32. qui ambo in eadem facti specie consuluerunt, affirmarunt enim Primam feudorum constitutionem, qua feudum ad haeredes seu nepotes transmittere nunc licet, 14 promulgatam fuisse a t. Conrado secundo ut patet in capi. 1. §. cum uerò de iis qui feudum dare poss. quiquidem Comra. anno nostræ salutis 1040. imperauit, ut authores sunt Volaterr. & Blondus, uel secundum Ioannem Carionem anno. 1035. & tamen Ottho. secundus eam concessionem fecit. d. anno. 967. ut etiā retulit Soc. Iun. consil. 76. num. 1. libr. 1. qui cū Parisio & Alciato eodem in casu interrogatus 15 respondit. Non ignoro tamen Carolum Molinæum excusari admodum ingenium, in consuetudin. Parisien. in titulo primo in principio num. 22. anno tase, t. feudalem constitutionem primam a Lothario huius nominis primo, anno salutis nostræ. §. 25. sub Eugenio secundo fuisse promulgatam, quam quidem 16 constitutionem relatum habemus t. in capi. 1. in titulo. Constitutiones feudales. D. Lotharii imperatoris & c. attamen Parisius. d. consil. 23. num. 266. libr. 1. affirmat esse Lotharii tertii cuius rei argumentum praestat inscriptio altera tituli de prohibita feudi alienatio. per Lotharium, quæ tertii Lotharii est, qui eam anno. 1136. promulgauit, ut eo loci habetur in data, & non fuisse Lotharii primi, illud praestat solidum argumentum, quod uiuente Eugenio secundo Pontifice maximo is t. Lotharius primus numquam imperauit, cum superstes adhuc esset illius pater Ludouicus, & licet is Lotharius Italiae Rex declaratus fuerit, ut auctor est Sabellicus libro. 9. Eunead. 8. attamen (ut is etiam fateatur) non nisi mortuo Eugenio secundo in Italia Magistratus ordinauit & aliqua fanciuit, quod etiam uerum san esset, non parum dubitauit is Sabellicus,

fieri ergo nullo modo potest, ut Lotharii primi illa constitutio sit, Eugenio sedente, promulgata, quod etiam si uerū esset, adhuc uim legis uniuersalis habere non potuit, cum in sola Italia constitutum illud fuerit a Rege, nõ ab imperatore, necita obseruabatur, ut ex multis colligit Parisi. d. consil. 23. num. 266. non ergo possumus affirmare Othonē hunc secundum feudum constituere uoluisse, cum nullus illius adhuc esset usus.

Secundo Othonis concessionem, nõ feudalem, sed simplicis donationis fuisse ostendunt uerba illa t. donamus atque elargimur, 19 quæ donationem arguunt, ut in specie huius nostri casus respondit Parisi. d. consilio 23. nu. 1. libr. 1. Goza. conf. 8. nu. 16. Soc. Iun. conf. 76. nu. 42. libr. 1. Alcia. responso. 199. nu. 25. & Rolan. a Valle consil. 2. nu. 4. §. & consil. 3. nu. 73. qui loquitur in diuiduo de concessionem hac nostra, ibiq; multorum autoritatibus & rationibus nituntur, ad hanc sententiā uerā de monstrandam, quibus accedit Alcia. resp. 172. n. 5. & responso. 374. n. 3. Rui. conf. 2. 08. col. 1.

Tertio ex eo demonstratur ex illis uerbis, 20 t. ut a modo in antea, prout ad nos pertinent, & submissæ sunt, ipsius Aledrami dominio subdantur, & in eius ius delegentur, ac omni no transfundantur, quæ sane uerba ostendit omne ius esse translatum, ut affirmat in hac ipsa concessionem Parisi. d. consil. 23. num. 5. libr. 1. Goza. conf. 8. nu. 18. Soc. Iun. consil. 76. nu. 45. Rolandus a Valle. d. consil. 3. nu. 72. & clarius Alcia. d. responso. 199. nu. 25. nam illa uerba prout ad nos pertinent, magni sunt effectus, t. dictio enim prout, similitudinem denotans, plenariè accipitur Bart. in extrauaga. ad reprimen. in uerbo. prout, et in. l. edita nu. 28. C. de eden. immò est significatiua indentitatis Ang. consil. 11. si dictus Ioannes Alex. consil. 3. col. 1. libr. 2. late in hisce terminis nostris Bolog. consil. 2. col. 2. uerf. nam secundum Angelum. & c. & illa uerba omnino transfundantur, est enim ius t. dictionis omnino illa, ut præcisam naturam habeat & restrictionem aliquam non patiatur. l. si possessore in prin. ff. de petito. hered. Parisius. d. consil. 23. num. 5. & Soc. Iun. d. consil. 76. nu. 45. immò importat hac t. dictio omnino idem quod in perpetuum glos. vbi Card. in Clem. 1. de uita & honesta. cler. Berous in cap. 2. num. 51. extra de proba. sic & illa uerba, in eius ius delegentur significat enim, ut retulit Alcia. & responso. 599. num. 25. non utiles modo, sed & directas actiones fuisse translatas. l. si cum emptore. vbi Ang. ff. de pactis, cum nil aliud sit delega-

re, quam loco sui alium dare. l. 2. ff. de noua. dum ergo Ottho in his nobis locum sui delegauerit Aledramum, in eum translatum dicitur omne ius, quod apud Otthonem erat.

25 Quarto, donationem hanc fuisse, satis ostendunt illa verba, habeantque et potestatem vendendi, commutandi, alienandi, pro animo iudicandi, & quidquid eorum decreuerit autoritas faciendi, omnium hominum contradictione remota, quae verba (vt admodum Goza. d. conf. 8. nu. 21. Alcia. d. responso 199. nu. 26. & Rolan. à Valle. d. conf. 3. nu. 73.) repugnant naturae feudorum cap. 1. de feudo non hab. propr. naturam feud. & in nostris terminis claris haec verba perpendit Alber. Ros. in suo dictionario in verbo feudum col. 2. & tradunt alij quos infra referam.

26 Quinto hoc clarius demonstratur, quia in ea concessione legitur et Otthonem non modo de suo concessisse, sed etiam confirmasse res proprias Aledrami, quae illi aduenerunt, tam ex hereditate parentum, quam de acquisitione proprio per diuersa loca, videlicet in comitatu, Acquenfi, Parmensi, Cremonensi, Montis Ferrari, Taurinensi, Vercellensi, Saanenfi, &c. sed clarum illud est Finarij Marchionatum provenisse à Marchionibus Saoune & esse fere vnum, & idem ratione originis, cum ergo fuerit concessum Aledramo, quae in Saanenfi comitatu erant propria, possimus immo debemus intelligere, Finarium fuisse proprium Aledrami vel ex patrimonio, vel ex acquisitione, cum in dubio res possessa praesumatur et propria, non aliena ut probat

27 Bald. l. qui dā in suo nu. 4. de cond. inst. Boe. q. 42. num. 8. Carolus Molinæ. in consuetud. Parisie. tit. 1. §. 1. glof. 1. nu. 38. qui ergo vult affirmat Finarium, non Aledrami ex sua acquisitione, sed Otthonis fuisse, probare debet hoc fundamentū confirmant ualidissime praecedentia: nam si una simul Ottho concedendo Aledramo, quae sua erant seu illa ei confirmando, & deinde noua illi tradendo, concedit sub vna forma unaque dispositione, quem admodum, quae iam propria erant non sunt illi, ut feudalia, sed ut libera & propria confirmata, sic & cetera. ne una dispositio eisdem met uerbis nulla distinctione penitus facta

28 et sit diuersi iuris, cōtra. l. eum qui edes de usu cap. nec est, quod dicitur, Aledramū noluisse etiam, quae propria erant, ut feudalia ab Otthone recognoscere, quia hoc non praesumitur, ut in specie declarant Alcia. d. responso 199. nu. 27. est ergo dicendum omnia libere fuisse concessa & confirmata.

29 Sexto & ultimo, haec omnia confirmantur, quia factus sequentes declarant praecedentes. l. Julia. §. proinde. ad. S. C. Macedo. & tradunt omnes. in. l. qui filius de leg. 1. cum ergo ipse Aledramus illiusque successores nullam habuerint inuestituram ab Imperatoriis per annos tercentū octuaginta octo, hoc est ab ipsa concessione Otthonis vsq; ad Carolum. 4. qui anno. 1355. primam inuestituram concessit, sequitur Otthonis concessionem feudalem nullo modo fuisse, ut in nostris terminis clarissimè argumentatur Alciatus d. responso. 199. nu. 18. accedit ad confirmationem, cum non constet susceptam aliquam inuestituram per. 388. annos, non ne plus quam absolutum est, praescriptū fuisse directū quouis dominio & omnibus iuribus Imperij, cum minor sufficiat temporis cursus, ut statim infra subiciam. cetera, quae à Parisio, Socino, Gozadino, Alciato, & Rolando perpenduntur sciens praetereo.

Nunc tantum aliquibus, quae huic sententiae aduersari uidebantur, satisfacio. Non enim, illud primum mouet dubium, quod in ea concessione referuatam fidelitatem fuisse, quae quidem ostendit, concessionem feudalem esse, cum sui natura et feudum a fidelitate nomen sumere Alcia. cap. 1. nu. 34. quae fuerit prima caus. benef. amittent. clarè Abbas conf. 82. nu. 6. lib. 1. latè la. in praedictis feudo. nu. 28. Zasius Epitome feudo. parte prima num. 2. & hanc difficultatem in nostris terminis sensit Paris. d. conf. 23. nu. 12. 13. lib. 1. quia uno uerbo respondeo una cum Alciato. d. responso. 199. nu. 35. fidelitatem nihil speciale ratione feudorum inferre, cum et subiecti, etiam si feudatarij non sint, ad et fidelitatem teneantur, ut docuit Bar. in extrauaga. ad reprimen. in glosa. 3. idem Alciatus responso. 172. nu. 6. addo ipse in nostris terminis Oldradū conf. 159. Ex praesenti themate col. pen. versic. nec hoc etiam arguit. &c. qui respondit, hanc fidelitatem retentionem ex necessitate non arguere concessionem feudalem esse, & magis clarè & in specie sic respondit Dec. conf. 413. nume. 7. vers. non obstant allegata &c. quod Decij responsum retulit in hoc nostro casu Soc. Jun. d. conf. 76. nu. 47. lib. 1. & Roland. a Valle. d. conf. 2. nu. 6.

30 Non etiam secundo ad rem facit, quod in ea concessione dicitur, quod nullus hunc Aledramum discessit habebat, quae et uerba inuestituram praesupponunt, sicque bona esse feudalia, quia una cum Alciato. d. responso. 199. nume. 33. respondeo inuestituram simplicem pos-

possessionem significare. cap. 1. in prin. quid sit inuestitura. erit ergo discessit, possessione priuare, quemadmodum inuestire, est rem concedere quasi uellere, & discessit ac spoliare cōtraria sunt, ut ostendit Plautus in Casin. 34 vir te uellit, tu uirum spolies, quare inuestitura uox dicitur comprehendens quamlibet possessionem, non solum si iure feudi, ut electionis, uel simili apprehendatur cap. propositum de concessio. praebende. Dim. in cap. 1. nu. 12. de reg. iuris in. 6. Alber. in Rub. C. locati.

31 Non etiam aduersatur tertio quod Ottho in ea concessione hanc appellet et Marchiam, cuius natura esse dicitur, ut feudum, non autem directum dominium ostendat cap. 1. de feudo Marchiae, & Marchiam esse feudum dignitatis tradunt la. in Praedictis feudorum nu. 119. Capicij Decij. 22. nu. 11. Soc. Junior conf. 95. nu. 92. lib. 3. quia respondeo una cum Alciato. d. responso. 199. num. 36. et Marchiam etiam dici, quam quis iure proprio possidet, sic etenim iure suo haberi potest, & conceditur, ut etiam comitatus, sic in terminis Hostien. & Ioan. Andree. in cap. ult. de Iudicij. quos secutus est Alciatus tract. Praesumptio. regula 2. praesump. 3. nu. 2. & ad rem maxime confert, quod respondit Soc. Sen. conf. 67. uis inuestituris col. 4. vers. nec obstat, quod praedicti nobiles. lib. 1. dum affirmat, non esse bonam consequentiam, est concessus comitatus & effectus est comes inuestitus ille, ergo est datū feudum in uim comitatus, quia stat simul quod concessus sit comitatus, & tamen non in feudum, & uim comitatus, sic etiam uideamus Marchionatus dignitatem, ut personalem, a re ipsa distinctum quid habere, ita ut dignitas, cum persona non cum re extinguitur, quod docuit Isernia in ca. 1. col. 1. de feudo Marchiae. non ergo sequitur, est Marchia, ergo est feudum, quod ab Imperio recognoscitur.

32 Non quoque quarto loco aduersatur, quod in ea concessione legitur Otthonem sub hac forma concessisse, et prout iuste, & legaliter possimus, quae uerba restrictiua sunt, ut illa dictio, prout, ostendit, & iam diximus paulò ante restringitur. ergo ut non directum dominium, sed utile tantum, sicque feudum concessum censetur. nec enim directum concedere posse uidetur Imperator, cum, quae et Imperij sunt, alienare minimè posse nonnulli affirmant sic Baldus in proem. feudo nume. 32. 33. Alexand. l. filio quem pater de liberis & posthu. lo. Baptista a Sancto Seuerno in l. cōtōtos populos nume. 10. C. de sum. trin. & fide

33 cathol. & in. l. Imperium num. 35. ff. de iurisd. om. iud. quod ea ratione affirmant, quia si hoc concederetur, ita paulatim minueretur euanesceretque Imperium, quod nulla ratione concedendum est, sic Baldus in cap. intellectu de iure iura. & post alios retulit Rolan. à Valle conf. 1. 2. nu. 95. Respondetur huic durisimo, qui creditur, obici, & primo non esse in claris, in quibus cessant coniecturae. ille aut ille §. cum in uerbis de lega. 3. l. continuum. §. cum ita de uerbo. obliga. cum enim donauerit Ottho secundus, & per tot annos illius successores confirmauerint, non est quod haesitemus amplius. Respondetur secundo hic unum praesupponi, quod non conceditur, Otthonem scilicet Aledramo concessisse, quae Imperij erant, cum tamen iam dictum rectè fuit supra statim, non Imperij, sed ipsiusmet Aledrami, tū ex patrimonio, tum ex propria acquisitione fuisse. Respondetur tertio uerorem esse interpretum sententiam, Imperatorem, quae et Imperij sunt, ita alienare posse, cum non maximi detrimenti alienatio est, sic post Oldradum aliosque plures respondit Rolandus a Valle. d. conf. 2. nu. 95. sic Zasius in Epitome feudo. in quinta parte nu. 15. Restaurus Castaldus tracta. de Imperatore. q. 104. nu. 3. qui post Baldum & alios affirmat, et Imperatori licere singulariter ciuitatem, oppidum, Castrum, uel Prouinciā alienare, cum solum impediatur partem Imperij per nomen quotæ distrahere, cum ergo in casu nostro, Otthonis tempore, concessio ab eo facta, non per modum quotæ, sed rerum singularium uerè fuerit, necquā maximam Imperij tunc amplissimi diminutionem concessio extiterit, sequitur donationem illam abolutam & liberam fieri potuisse. si ergo donatio fuit iusta ratione, quo ad ius Imperij, quod nullum uere aderat praelegatum Antonio factum defenditur.

34 Sed dato non concessio tamen, Otthonis concessionem feudalem fuisse, adhuc tamen is Aledramus secundus Antonio uni filiorum praelegare potuit, quod multis rationibus demonstratur. Primo, quia concessio haec cum ea facultate ac potestate est facta, ut liceret illi Aledramo primo huiusque successoribus ad libitum disponere (ut iam diximus) quo fit, ut Aledramo secundo liceret de eo tolleri ac praelegatum facere ca. 1. de feudo non habent. propr. naturam feud. cap. feudum si de feudo controuers. fuerit inter dominum & agna. & uni filiorum licere hoc casu relinquere, crebrior est nostrorum sententia, ut eam non nisi

me latè ac doctè pro more tuetur consultissimus Craue. confil. 23. 6. col. 2. & 3. sic in t feudo hereditario docuit laf. in. l. 2. nu. 2. 13. C. de in re emphytheo. nec dissentit Tiraquel. tracta. de Rera. du confang. §. 7. glof. 6. in fine. Parisius confil. 2. nu. 33. lib. 1. Didacus Conarr. Hispa. lib. 2. uaria. refolu. cap. 18. nu. 4. verf. secundo feudo. & verf. sequenti, & non eundo (ut noftri saepe dicere solent) per emendicata suffragia, sic in indiuiduo noftri casus & huius prælegati affirmat Albericus Rosatus in dictio nario in verbo. feudum col. 2. & Alberici uerba ac doctri nam retulit ad uerbum & probauit Boe. q. 204. nu. 28. & cum de huius Otho nis concessione uerba faceret, idem respon dit Paris. confil. 23. nu. 169. lib. 1. ex quo illud etiã intelligimus male respondisse Parisium confil. 10. nu. 7. lib. 1. non licere patri uni filio rum feudum antiquum & si hereditarium re linquere, quod minus uerum sentiens is Pa risius, aliter deinde respondit confil. 106. num. 29. lib. 1. Confirmatur secundo, prælegatù ab Aledramo secundo factum defendi, quia etiam si feudum hoc esset, & sui natura non alienabile, attamen t in suos alienari & de eo disponi potuit ca. 1. de natura succes. feud. ca. omnes filij. de controuerf. inuest. sic ad huius prælegati fauorem argumentatur Alber. in d. Dictionario in verbo. feudum col. 2. versic. & pro hoc bene facit. & c. uere enim communis est & receptissima omnium sententia, uasallù t feudum non amittere, si comprehensis in inuestitura alienat, sic affirmarunt. Alexand. confil. 30. nu. 2. lib. 6. Craue. confil. 303. nu. 4. Brun. confil. 38. nu. 2. conf. 44. num. 4. Paris. confil. 1. nu. 131. confil. 2. num. 40. & confil. 3. nu. 23. lib. 1. fufissime Tiraquel. tract. de retra ctu confang. in proœmio nu. 32. sic in Emphy teota annotauit post multos Marfil. sing. 28. Accedit. 3. loco ex Alberici sententia, sic ofim fuisse obseruatum in hac ipsa Carreto rum familia, ut de feudis disponere, & suis le gare liceret. est ergo dicendum & eo tempore illi Aledramo licuisse legare. est enim t proba bilis unius familie consuetudo, ut certo modo testetur. sic Ang. in. l. testamenti factio. ff. de testa. Barba. inter consilia Curtij Senio. conf. 67. sapienter col. 15. in fine lafon confil. 46. nume. 3. lib. 1. & in repet. l. omnes populi nu. 42. de inst. & iure. latè. Soc. Iun. confil. 65. nu. 34. lib. 1. & confil. 62. num. 2. lib. 2. Boe. q. 135. num. 29. qui latè & in feudis idem sentit. Quarto extra omnè controuerfiam res hæc posita est, quia duo alij fratres Antonij præ legatarij Georgius scilicet & Henricus hære-

des extirerant. d. Aledrami patris, quare illius dispositioni aduersari nõ poterant, sic Albe. qui supra, alias enim de euictione tenerentur l. cù pater. §. euictis deleg. 2. & in noftris his terminis sic Alex. confil. 30. nu. 2. lib. 6. & la tius Craue. d. confil. 236. nu. 3. in fine, nec alij dissentiant, qui affirmarunt, filium nõ posse dispositioni paterna controuenire, cum de feudo disposuit, si modo illius heredes exi stant iuxta l. cù a matre. C. de rei uend. sic egre gie & doctè affirmarunt Ruinus confil. t. nu. 13. confil. 42. nu. 12. lib. 1. & confil. 25. num. 11. lib. 2. laf. conf. 168. in fine lib. 4. Boe. q. 23. nu. 20. Alcia. responfo. 491. nu. 20. & in claris noftris terminis, de concessione huius Othonis uerba faciens, sic respondit Rolan. a Valle. d. confil. 2. nu. 40. dubium ergo non est, quin il lud prælegatum iure illi Antonio fuerit factum, quod eo fortius uerum demonstrabitur, si uni difficultati, quæ tunc excitabatur satisfaciã. Non ergo obstat, ea ratione præ legatum non defendi, quia t diuisio Marchie iure non conceditur, ex C. Imperialem. §. præ terea, de prohib. feudis aliena. per Fridcr. quia multipliciter respondeo. Primo ex Alberico in. d. verbo. feudù nos eo t in feudo loqui in quo disponendi facultas ac potestas conces sa fuit, quo in casu locum sibi nõ uendicat is tex. §. præ terea, & in specie Alberici de clara tionem probauit Cur. Senior. confil. 69. Do minus Ioannes col. 6. vers. sed præmissis non obstantibus. Respondetur secundo ex eiu dem Alberici doctri na t d. §. præ terea, loqui de ipsa dignitate, & titulis dignitatum, non autem de bonis earum, puta ciuitatibus, cas tris, & oppidis, cum illa diuisibilia sint, quod qua ratione sit factum is latè explicat, ut fa ciunt & Cur. Sen. d. confil. 69. col. 8. vers. fe ciundo principi aliter cõfirmo, Boe. q. 204. nu. 28. qui ad literam Alberici uerba retulit, sic & Rubeus confil. 133. nu. 5. Respondeo ipse tertio d. §. præ terea, nõ procedere nostro hoc casu, in quo uni filiorum legatum est feudù, cæteris autem bona allodialia, quod admit tunt noftri interpretes. d. §. præ terea, sic de clarantes, ut Alex. conf. 18. nu. 6. lib. 2. confil. 30. nu. 1. in fine lib. 6. Soc. Sen. conf. 67. col. 8. vers. tertio responderetur lib. 1. & confilio 278. col. 1. vers. tertio nam licet lib. 2. Dec. confilio 445. nu. 3. uers. & licet feudum. Brunus conf. 66. nu. 12. Confirmatur hæc responfo, hac quarta, quia d. §. præ terea, non procedit, quã do præter bona allodialia, is pater alij filiis alia castra, & oppida reliquit, sic Soc. Sen. d. confilio 67. col. 8. uersic. quarto responderetur lib. 1. &

lib. 1. & conf. 278. col. 2. in prin. li. 2. & Rolan. à Valle confil. 80. nu. 14. & Parisius confil. 10. nu. 18. lib. 1. Respondeo & quarto t d. §. præ terea, non habere locum eo casu, cum ex con suetudine feudi diuisio & dispositio concedi tur, sic Alex. d. conf. 18. nu. 6. lib. 2. & conf. 30. nu. 1. lib. 6. Barba. inter conf. Cur. Sen. confil. 67. col. 12. 13. Cur. ipse Senior præcitato conf. 69. col. 8. uers. quarto principali fundamento Soc. Sen. d. confil. 67. col. 7. uers. primo quod dispositio lib. 1. & conf. 278. col. 1. uers. & primo quod in Italia. & c. lib. 2. Ruin. confil. 29. nu. 16. lib. 5. Goza. confil. 62. nu. 4. Paris. confil. 10. nu. 15. lib. 1. qui attestantur t in Italia hanc inoleuisse consuetudinem ut feuda etiam dig nitate diuidantur, & de consuetudine ip sius Marchie Finarii attestatur, iam citatus Al bericus, & uerè deferendum est doctõribus de consuetudine unius patrie attestantibus saltem ut faciat præsumptionem, qua proban di onus reiciatur in aduersarium, sic egregie & latè respondit consultissimus Crauetta in consilio 166. numero 9. qui communem hanc & ueram testatur. Hac ergo patefacta ueritate, intelligimus iure illi Aledramo licuisse Antonio filio præ legare, & per conseques, nõ licuisse illi Geor gio adire Carolum quartum imperatorem ad detrimentum ipsius Antonij & in contemptum litis tunc pendentes, ob quam factum est, ut a Georgio tentata omnia sint ipso iure nulla si probat. l. 1. C. de litigiosis, ubi Baldus, & do cuit Bar. in l. 1. §. 1. ff. eo. de litigiosis. Afflictus Decif. 331. nu. 2. qui affirmauit, ex eo actutetia adhibita præcrij clausula, Possessionem non transferri, quod & in donatione procedit Boe. q. 33. nu. 2. & alienationem nullam ipso iure esse responderunt lafon conf. 149. in fin. li. 4. Cur. Iunior conf. 165. nu. 7. & clarus Soc. Iunior conf. 92. nu. 6. li. 3. Ratione ergo hac, inuestitura illa Caroli. 4. illaq; erga Imperiù Georgij recognitio, nullù ius imperio acquirere potuit. Verum dato non concessio ta men, quod legitima fuisset illa inuestitura, & iusta ratione licuisse Georgio imperium recog noscere. hæc iure defendi solum possunt, quoad illius Georgij portionem, sicq; quoad quatuor uncias totius Marchie. nam quoad portionem illius Antonij, res est clara & abso luta, illù nunquam recognouisse imperium, nec illi inuestituræ Caroli quarti acquieuisse sic & quoad tertiam illam portionem spectan tem illis duobus Georgij, & Antonij patruelibus, Aledramo scilicet tertio, & Emanueli, dicendù est, cum eorum nomine a Georgio

suscepta inuestitura ratificata nõ fuerit ob id eorù sine facto suo potuit tolli. l. id quod nostrù de reg. iur. ut è contra nihil eis ex illa inuestitura t acquisitum fuerit ius. l. si ego de nego. ge. Bar. l. sed si pupilli. §. si ego in f. ff. de neg. ge. quod autè nõ ratificauerat ex multis cognoscitur quia, quiratù habet cognoscere debet, qualis sit actus & que illius forma, ut egregie respondit Craue. conf. 197. in fi. nam quod ignoratur ratificari nõ potest laf. conf. 107. col. ult. lib. 4. Parisius conf. 47. nu. 97. li. 1. hinc censuit Rui. conf. 48. nu. 12. t rathabitio nõ ad incogitata non trahi, sed in casu nostrò præsumptio est illos patruales ignorasse factù Georgij patris, cù in dubio præsumatur igno rantia ca. ignoratia de reg. iur. in. 6. præsertim in facto alieno. l. ultima. ff. pro suo. Conijcturæ & ex eo ratificatione non esse secuta, quia t ratificatio eandè solèntem postulat, quã actus ipse principalis. l. si ut postulat. C. de nuptijs. gl. 1. C. si aduers. transf. clarè Cal. cõf. 57. nu. 6. cù ergo in casu nostro susceptio inue stituræ, & fidelitatis præstatio fuerit necessa ria, nec aliquo modo interuenisse reperitur, sequitur nullà legitimam ratificationem fuisse subsecutam, quod & tertio loco ex eo conicitur, quod si ita ratum habuissent, & inuestitu ra Caroli quarti legitime fuisset, nõ ita de fa cili adducti fuissent, ut compromisso & de in laudo Antonij Adurni acquiescerent, & in quens enim t actus demonstrat qualis fuerit animus præcedens. §. panonum. Inst. de rerù diuisio. l. Julia. §. proinde. ff. ad. S. C. Macedo. Intelligimus ergo femota omni probabili du bitatione, octo uncias totius Marchie, non potuisse, nec fuisse in illa inuestitura Caroli Quarti comprehensas. Quo verò ad quatuor illas uncias Georgij, adhuc illa Caroli quarti inuestitura prodest, uel ipsi Imperio, uel huic Marchioni Illustris simo idq; triplici ratione: primo, quia Carolus. 4. inuestituram sub eo modo & forma cõ cesserat. quare intelligimus, hanc Marchiam feudalem Imperij effectam non fuisse, cum satis superq; demonstrauerimus liberam, & absolutam donationem ab Othone factam fuisse, ut in specie in simili inuestitura, seu concessione ab eodem Carolo quarto facta Marchionibus Montiferrati, qui ab eodem Aledramo ius suum metiuntur, respondit Parisius consilio 23. numero 66. 67. 68. lib. 1. secundo, quia pendente lite non potuit ali quid noui moliri, quare iam diximus illa omnia ipso iure nulla fuisse: tertio, quia Geor gio non licuit t ius in potentiores transferre.

1. C. ne liceat potentio ubi glosa, sic in terminis nostris respondit Crauet. consil. 205. in fine, & Ioannes Iacobus de Leonardi in ter consilia Bruni consil. 114. nume. 82. qui ea ratione affirmarunt, translationem illam esse nullam, immo vasallum ius suum amittere, sic & qui rem habet liberam, contentiosam tamen, ut hic Georgius. d. l. i. C. ne liceat potentio. Iaf. consil. 149. in filii. 4. Nec est quod dicatur, forte mediate sententia, Georgiū & duos illos patruales integrū feudū contra Antoniū obtinuisse, & ita postmodū inuestiturā à Carol. 4. consecutos fuisse, quia hoc, non modo dinuare, uerum etiam nec uerisimile est, quia si res ita contigisset, non postmodum in Antoniū Adurnum compromississet, ut satis de se patet, & quod uerisimile non est, falsitatis speciem habet, ut post Baldum & alios docuit Ias. in l. si extraneus nu. 6. ff. de condi. caus. data. Dec. consil. 644. num. 6. latissime Tiraque. in l. si unquam in prefatione. num. 37. C. de reuoc. dona. accedit præterea, quod in omnem casum, non constat duos illos patruales eam Caroli Quarti inuestituram ratā habuisse, ita ut Georgiū portio tantum, non aliorum imperio supposita sit. est præterea absurdum presumere ex sententia integrum feudum Georgio & patruelibus fuisse delatum, tū quia facta non presumitur. l. in bello. §. facta de capt. esset ad maximū & euidens Antoniū detrimentum, qui non modo pro tertia, sed & multo maiori ex causa scilicet legati, effectus iam erat dominus. Constat ergo satis superque iusta ratione, nihil esse impedimentum, quin excessa hæc Genuensium Respubl. effecta sit domina huius Marchiæ pro ea parte, quæ in laudo continetur, tum ex laudo, tum ex iure antiquiori.

Secundo loco principali, ut demonstrare clara, hanc Genuensium Respubl. in petitorio potiora iura fouere, uel ipso imperio, uel Marchione, ex eo adducor, quod ab eo anno. 1385. quo tempore latum fuit laudum, usque ab annum. 1482. (immo usque ad annum 1493. uel paulo etiam post, una ratione, quam infra subiiciam) Respubl. semper tamquam directi domina à Marchionibus fuit recognita, & illis concessæ fuerunt inuestituræ. quare dubium non est, quin directum dominium, quod annis. 30. & 40. acquiritur, acquiritum censetur, ut docuit Iacobus Aluaro. in ca. 1. de feudo non habente propriam naturam feudi, Abbas cap. ad audientiam colu. vlt. de præscript. Balbus Tract. præscriptio. quarta parte principali. q. 12. uersic. 4. quæro, Craue. Tract.

de antiquitate temporum secunda particula quartæ partis principalis incipit. Absolutis differentijs &c. num. 28. uersic. primus casus est, quod dubio procul etiam contra imperium locū habet, ex quo apud Remp. adfuit bonafides, & legitimus titulus, Didacus Co. uar. in cap. possessor. 2. parte. §. 3. num. 3. de regulis iuris in. 6. nam de fide bona non dubitatur, tum quia præsumitur Bart. l. Celsus nu. 17. & ibi Balb. nu. 104. ff. de usucap. Alexand. consil. 200. num. 4. lib. 2. Alciat. Tractat. præsumpt. reg. 3. præsumpt. 5. num. 1. de titulo autem satis constat, ex ipso laudo, qui dubio procul legitimus est, ut statim dicemus, & iam si præterea, uel saltem si error aliquis intercessit, negari non potest, quin quoad Remp. iustus sit error fuerit & probabilis, ob id dubium non est, quin profuerit ad præscriptionem, ne in iudicandam, ut uno ore affirmarunt nostri, sic Bartol. d. l. Celsus nume. 23. Alciatus, qui supra & Didacus d. ca. possessor secundæ parte. §. 8. n. 2. Soc. Iu. consil. 76. n. 60. conf. 77. nu. 136. lib. 1. Carolus Molinæ. consil. 20. n. 23. Nec est, quod obijciatur contra Imperiū non currere præscriptionem minorum centū annorum, ut docent Isernia & Afflicti in c. 1. §. præterea de prohib. feud. alien. per Fride. & scribit Balbus Tract. præscript. secundæ particula quartæ partis principalis. q. 1. Soc. Iu. consil. 76. num. 86. lib. 1. & Rola. a Valle conf. 3. nu. 82. 83. quia multipliciter responderetur. Primo, hic agi non posse de præscriptione contra imperii iura, cum imperator nullum ius in hac Marchia sit unquam consecutus, ut statim ostendimus. Responderetur secundo (& hic est sumopere animaduertendum) non modo centum annos, sed etiam centum ac nouem esse decursos contra imperium, nā à die laudi lati per Antoniotum Adurnum, hoc est ab anno. 1385. usque ad tempora Maximiliani imperatoris, à quo inuestituram obtinuisse Alphonsum seniore affirmat hic Marchio, tantum temporis intercessit, cum certissimum sit, ut annotauit, rerum ac temporum diligentissimus obseruator Ioannes Carion in suis Chronicis, & nonne diligens uir ad modum Ludouicus Dulcius in uitis Imperatorum Maximilianum anno. 1494. imperium suum fuisse aufertum, cū Federicus tertius illius pater superiore anno uita functus esset & licet uiuente patre certo modo administraret imperium, non tamen, ut Imperator potuit inuestituram concedere, & sententias contra iura Genuensium ferre, quinimo etiam si, ut is Carion annotat, Maximilianus imperium

ipsum administrauit, id fuit tantum per annos octo, antequam ipse illud ingrederetur, ita ut clare adhuc constet, nihil imperio fuisse acquiritum per unum & centum annos. Responderetur & tertio Imperii iura etiam priuatiuè minori spacio annorum ceterum præscribi posse, posse enim præscribi priuatiuè tradunt late & doct. Crauet. Tracta. de antiquitate temporum quarta parte principali quarta particula, quæ incipit. Materia ista singularitatis nume. 72. eiusdem sententiæ addo Ruinum consil. 21. colum. 2. lib. 1. Curtium Iuuiorem consil. 158. num. 16. Albam consil. 62. num. 34. & consil. 64. num. 91. 92. communem testatur Didacus in capi. possessor secundæ parte. §. 3. nu. 1. de regulis in sexto. tempus autem minus annorū centum sufficere affirmat Cur. Iu. d. consil. 158. num. 16. qui sufficere scripsit tæp. cuius nulli memoria non est, quod minus annis centum esse potest, ut late & recte probat Clarissimus Craueta uoster Tractat. de antiquitate temporum quarta parte principali secundæ particula incipit. Absolutis &c. num. 2. Non est pariter, quod obijciatur in feudis nullam præscriptionem currere cap. 1. §. præterea de cap. Conradi, ubi Isernia, cap. Imperialem de prohib. feud. alien. per Fride. ibi, nulla præscriptio obstante &c. quod clare affirmarunt Soc. Sen. consil. 86. colum. 3. uersic. tertio & ultimo lib. 1. Afflicti Decisione 254. num. 3. 4. plures citat Rola. a Valle consil. 3. num. 18. 19. & hanc fuisse tuetur Ioa. Angelus Belutius Mediolanensis inter consilia Vldarici Zafij consil. 15. lib. 12. affirmatque non sufficere præscriptionem. 30. uel. 40. annorum, sed centenariam saltem exigi, quod & scripsit Afflicti præcitato loco, nec aliter uisus est sentire Soc. Iu. consil. 6. nu. 16. lib. 1. Responderetur multipliciter. & Primo, quod aut intelligit Illustrissimus hic Marchio de præterea Genuensium contra imperiū uti contra directum dominum, & tunc dico, nihil hoc esse, duplici ratione, prima quia iā diximus ius nullum imperio unquam fuisse acquisitum, secunda, quia si Genuenses eo modo præscripsissent, non feudum tamquam directi domini dominum illud, quod præterebat imperator præscripsissent, quo in casu relata iura & doctorum auctoritates non loquuntur, aut intelligit hic Marchio de Genuensium præscriptione aduersus ipsummet Marchionem & suos antecessores, qui ut uassalli Republice, per tot annos recognouerunt, & tunc non est etiam dubium

tanto tempore huic etiam Marchiæ, potuissent præscribi, cum eius natura sit, ut præscribi potuerit, cum & alienabilis fuerit, siquæ, ut de Orthonis huius fecundi concessione uerba facientes uno ore responderunt Parisius consil. 23. num. 195. lib. 1. Soc. Iu. consil. 76. num. 61. 62. lib. 1. Rolandus a Valle consil. 3. num. 79. quod sine dubio procedit, posteaquam ostendimus plusquam ceterum annis Républ. pacifice possedisse, antequam imperio aliquid acquireretur, ex relatorum interpretum auctoritate, qui in contrarium adducebantur. Responderetur secundo etiam in feudis præscribens sufficere præscriptionem 30. uel. 40. annorum ex sententia glofæ. d. §. præterea, quam crebriore calculo secuti sunt interpretes, ut communem testantur Curt. Sen. consil. penult. colum. 2. Parisius consil. 1. num. 123. consil. 15. num. 14. & consil. 27. num. 66. lib. late Iacobus Alua. inter consilia Bruni consil. 61. & latissime Soc. Iu. consil. 6. num. 15. lib. 1. Balbus Tract. præscriptio. quarta particula quartæ partis principalis. q. 12. principali uersic. primo igitur quæro &c. Crauet. Tractat. de antiquitate temporum quarta parte principali secundæ particula. Incipit. Absolutis &c. num. 29. quo loci reprehendit Afflicti d. Decisione. 254. latissime hic multorum auctoritatibus confirmat Tiraque de retractu consang. §. 1. glof. 10. nume. 15. & hanc affirmat ueram Roland. a Valle. d. consil. 3. nu. 79. uno ore enim relati omnes interpretes intellexerunt. d. 1. cap. 1. §. præterea & d. capit. imperialem, locum sibi uendicare in sola longissima. 30. scilicet uel. 40. annorū præscriptione, cum tanto tempore præscribens, plena securitate fruatur. l. omnes & l. sicut. C. de præscript. 30. uel. 40. anno. Non obstant nunc, quæ supra adducta sunt in oppositum ad fauorem Illustrissimi huius Marchionis, in quorum dissolutione non parua uerfatur difficultas: ad primū itaq; respondeo ex latè deductis supra, nec Orthonis fecundi, nec Caroli Quarti concessiones & inuestituræ huic Marchioni prodesse posse. sepius dicta non repeto, ne (ut est in ueteri prouerbio) repetita Crambe officiat. quare non ad uerfatur illa regula, quod res de facili ad suā naturam reuertitur, quia non potuit nostro hoc casu reuerti ad feudum naturam, cum illa talis nunquam fuerit. Rursus & regula illa non procedit, quando pristina natura iam fuit extincta, natura enim superesse debet, cum qualitas immutatur, sic Soci. Senior consil. 260. colum. 4. uersic. prima ratio est lib. 2. sed in ea

su nostro, iam extincta est feudi natura (si modo talis fuit) cum ab eo anno. 963. usque ad annū. 1355. possessores huius Marchiae Imperium non recognouerint.

- Non obstat secundum quia respondetur, satis superque fuisse demonstratum inuestituram Caroli. 4. nihil penitus professe, saltem respectu octo vnciarum totius Marchionatus, quare constat in Antonium Adurnum dubio procul compromitti, & ab eo laudum ferri potuisse. Respondetur secundo Caroli quartum sub ea forma & qualitate Inuestituram concessisse, sub qua Orthonis concessio emanauit, que in omnem casum, si feudalis dici possit, esse tamen improprie feudalis, hoc est, cum facultate vendendi, alienandi, & pro libito voluntatis disponendi quare sine Imperatorum auctoritate & consensu compromitti & disponi de illo potuit, sic interrogati responderunt ex nostris quamplures, ut apud Decium consil. 163. nu. 3. vers. respondeatur consil. 171. col. 2. & consil. 390. nu. 8. Craue. consil. 84. nu. 10. & consil. 92. nu. 6. & in specie immo in individuo huius cessionis Orthonis respondit Rola. à Valle consil. 3. nu. 60. 61.
- 81 qui affirmavit Marchionibus Montisferrati ad libitum sine alterius auctoritate & consensu Marchiam alienare & de ea disponere potuisse, sic in Marchia Ceuarum pro Illustrissimo hoc Finarij Marchione respondit idem Rola. à Valle consil. 42. cum tamen intelligamus ex olim relatis hanc Marchiam Ceuarum eandem habere originem, quam & hec Finarij habuit eoq; loci is Rola. nu. 16. ingenuè testatur multorum auctoritatibus citatis, aduersus relatum & Speculatoris opinionem, esse aliorum interpretum seteriam, quod facit idem Rola. in tracta. de lucro dotis. q. 54. nu. 22. cui addo Soc. Iun. consil. 124. nu. 72. lib. 1. consil. 70. nu. 11 lib. 3. & Alciatum responso. 138. num. 3. nec ad rem confert, quod est dictum saltem speculatoris & Signoroli opinionem procedere, quando in potentiorum est facta alienatio, quia respondetur relatos interpretes verè loqui, con alienandi potestas data non est, nam si tunc alienetur etiam cum i clausula saluo & reseruato domini consensu adhuc non sufficit ad pœnam euitandam. sic clarè Aret. con. 64. col. 1. & 2. & post multos sic declarat Neuius. inter consil. Bruni consil. 12. num. 56. & Rubius consil. 13. nu. 18. Respondetur secundo hoc casu dici non posse alienationem esse factam in potentiorum & cum potentior consideratur habita relatione ad personam in cuius detrimentum fit alienatio vt illi scilicet per nouū

dominium metus inferri possit. cum in eum Imperium & iurisdictionem habet, sic egregiè respondit cōsultissimus Craue. consil. 205. in fine. & latè Ioan. Iacobus de Leonardis in ter consil. Bruni consil. 114. nu. 348. sed in casu nostro iam clare apparet Genensium Rempub. non esse, vel fuisse Imperio, vel maiorem vel potentiorum, non ergo dici potest in potentiores factam alienationem.

Non obstat tertium fundamentum principale de declaratione & sententia Maximiliani, quia multipliciter respondetur, & primo non leui suspitione carere posse, ex his, quæ paulò ante diximus, quæ enim ratione eadem sententiam ferre potuit eo anno. 1482. Maximilianus, si Imperatoris adhuc munere non fungebatur, est ergo maxima & vrgentissima præsumptio cōtra Illustrissimum hunc Marchionem, quam euidentissimis conuelli debet probationibus iux. l. vi. ff. quod metus causa & cap. quia verisimile de præsumptionibus. Respondetur secundo Maximiliani prædicti sententiam nō iniquam modo (ut sic dicam) sed & nullam omnino esse, cum aduersus Ric pub. minimè monitam & citatam lata dicitur. quare sententia nulla uerè dicitur. l. de vnoquoq; vbi doctores. & in. l. si furiose vbi Alex. & las. ff. de re iudicata Alex. 114. lib. 6. la te Sebastianus Vantius tractatu nullitatis. in titulo. de Nullitate sententiarum defectu citationis nu. 10 qui iam nu. 9. multorum auctoritatibus affirmauerat, adeo t̄ maximum esse citationis defectū, vt vel à statuto vel à Principe tolli, sanari, superariue non possit; cuius sententia præter eum fuit & Dec. consil. 603. nu. 11 12. iure ergo dicere possumus Genensibus à Maximiliano non iuste per sententiam condemnatos, sed perperam & de facto spoliatos, ut egregiè respondit Ruinus consil. 17. nu. 4. lib. 3. nec aliter sentit Barba. con. 13. col. 1. lib. 3. & clarè Marfil. Sing. 195. Nemo est &c. Rurfus sententiam iniquam fuisse ex eo detegitur, quod sine causa iusta & legitima contra Genensibus est lata, nec enim sine iusta causa potest, vel debet quis iure suo priuari, vt latissimè tradit Craue. consil. 135. nu. 19. 20. & amplissimè in tract. de antiquit. tempo. prima parte principali nu. 50 qui fortius eloquitur in Principe qui sibi subiectum & vasallum iure suo querit priuare quato fortius in nostro hoc casu, in quo iam presuppōnimus Remp. Genensium non esse sub Imperio, quare in clausula plenitudinis postestatis vt nō posse Imperatorē abunde supra demonstrauimus. Nec est quod dicamus iustam causam adiuu-

- 86
- 87
- 88
- 89
- 90
- 91
- 92
- 93
- 94
- 95
- 96
- se quia ex latere Marchionis Alphonfi Senioris allegabatur, ac certis rationibus demonstrabatur, compromissum in Antonium Adurnum factum, per metum fuisse factum, ob idq; laudū deinde latum futuris Marchionibus & successoribus nocere non potuisse, quia respondetur de meto non constituisse vere, qui tamen erat omnino probandus. l. metum. C. de his quæ ui metus e causa. Dec. cōf. 219. nu. 6. Parisius consil. 10. nume. 36. lib. 1. & consil. 5. nu. 168. lib. 4. sic nec uis præsumitur illata, quare probanda est clarè l. non est. ff. quod metus causa. Alciatus responso. 504. n. 7. & in specie qualis illatus fuerit metus probandum erat. l. 3. in fine. ff. quod metus causa. Alciatus. l. interpositas nu. 3. C. de transact. & metus qui allegatur illatus non ostendit, nec concludit, quoniam bellū inter Genensibus & illos Marchiones gestum, ita ad Genensium in commodum esse potuit, quam ipsorum Marchionum, quorum castra aliqua & oppida et si fuerint expugnata, nō tamen fit, quod metu tandem compulsi cōpromiserint, quia stat simul, quod aliqua damna hinc inde subsessent fuerint, & tamē adhuc illi Marchiones essent admodum potentes, ut cum Genensibus bellum gerere potuerint, cum præsertim Imperatoris Vincellai, qui paulò ante Carolo quarto successerat, adiuuaretur, tamquam imperij Vasalli, non ergo sequitur falsi sunt bellum Marchionum, ergo metu compulsi compromiserunt. Non pariter aduersatur illud, quod adferri uideo, Maximilianum usum fuisse clausulis illis ex certa scientia, & motu proprio, quia multipliciter respondetur, primo t̄ clausulam ex certa scientia, non operari eo casu, quando ius tertij læditur, sic Aret. consil. 15. nu. 6. Cur. Iun. consil. 142. nume. 8. vers. nec obstat. Parisius consil. 11. nu. 121. lib. 1. & præsertim, cū maximum est, quod adfertur præiudicium, sic Parisius consil. 1. num. 84. lib. 1. sic in t̄ clausula motus proprii dicimus, quæ ius quocumque non tertij lædit, ut post multos quos citauit clarè censuit Craue. cōf. 241. col. 9. vers. secundo respondeo. euisdem sententia addo Ruinus consil. 226. nume. 12. consil. 228. nu. 3. & consil. 229. nu. 7. lib. 1. Gozad. consil. 14. nu. 18. Parisium d. consil. 11. num. 120. & consil. 1. nu. 75. consil. 80. nu. 67. l. 1. Cur. Iun. d. consil. 141. nu. 9. Neuius. inter consil. Bruni consil. 12. num. 55. idem est in t̄ clausula ex certa scientia, cuius uis tanta est, quanta clausula motus proprii, vt respondit Parisius consilio 3. nu. 37. lib. 4. Respondetur secundo relata clausulas supplerere tantum, quæ iuris sunt

- non quæ facti, sic Paris. d. consil. 1. nu. 81. lib. 1. cuius facti apud Principem præsumitur ignorantia, sic Parisius qui statim supra & in consil. 4. nu. 28. & consil. 74. num. 29. lib. 4. cum ergo metus in facto constat, nec de eo facta fuerit fides, sequitur his clausulis satisfactum non esse. Respondetur tertio. d. t̄ clausulas nihil prodesse, cum constat rem aliter se habere. Paris. d. consil. 1. nu. 81. lib. 1. sed hic constat iuris saltem præsumptione, quæ probandi onus reicit in aduersarium, nullum esse illatum metum, nō ergo clausulae he operari possunt.
- 98 Non quoque aduersatur illud t̄ Decij responsum in consil. 191. quia loquitur Dec. in donatione prius a Rege facta, deinde reuocata ex certa scientia, & alteri collata, quod facere licuit, cum suam liberalitatem reuocare ad libitum sui animi potuerit, diuersum est in casu nostro, vbi Imperator abstulit a Genensibus, non quod eis concesserat, sed quod eorum proprium erat. Rurfus Decius eo in casu loquitur, in quo illa donatio priore loco facta, & deinde reuocata, iam a sui initio erat nulla ac indebite facta, ut is Decius eo loci numero 5. vers. secus videtur esse &c. clarè sentit, quod in casu nostro nō contingit, in quo nihil in debite, nihil nulliter Reipub. acquisitum delatum uerè fuit, ut iam latè ostendimus.
- Non obstat quartum, quod dictū fuit hos Marchiones uti potuisse ac posse beneficio.
- 99 t̄ Bene a Zenone. C. de quadrienn. præscrip. quia respondetur multipliciter. Primo. d. l. Bene a Zenone, procedere solū, cum is Princeps, qui bona aliena donauit, illa cum bonafide possidebat, sic docuit Abbas conf. 3. nu. 8. vers. primo quod illa lex. lib. 2. Roma. sing. 737. anno præterito Soc. tracta. fallen. regu. 342. fallent. 2. Ruinus consil. 11. num. 18. lib. 5. Decius consil. 445. nu. 50. vers. & quia lex &c. Balbus tracta. præscriptio. quinta parte principali secunda particula in octaua questione vers. quarto limita. Soc. Iunior consil. 69. nu. 65. lib. 1. at in casu nostro non possidebat Maximilianus saltem cum bonafide, non ergo concessio ab eo Marchioni Alphonso Seniori facta profuit, ut illi deinde beneficium. l. bene a Zenone concederetur. Respondetur secundo. d. l. Bene a Zenone procedere, quando Princeps simpliciter cōcedit rem tantam quam suam causa non adiecta, qua ostendit quomodo res illa sua est, sic respondit Socin. Sen. consil. 46. nume. 19. lib. 4. idem censuit Balbus. d. questione. 8. vers. quinto limita. & Grammaticus Decif. 65. nu. 79. vers. item lex illa, sed in casu nostro concessit Maximilianus ex cau-

si iam relatis, quæ cum uera non sint, sequitur illi beneficio locum minime fore.

Respondetur tertio. d. l. Bene a Zenone, ini quitatem quandam continere, quare ex iuris Pontifici dispositione cessare debet etiam si inter laicos res agatur, sic clare respondit Soc. Jun. d. conf. 69. nu. 60. lib. 1. Respondetur quarto. d. l. Bene a, procedere illis in casibus, in quibus Princeps potest uti clausula plenitudinis potestatis, sic Soc. Jun. d. conf. 69. nu. 61. lib. 1. & Gramma. d. Decis. 65. nu. 79. vers. item dicit illam legem, qui alios in hanc citat sententiam, cum ergo satis superque fuerit demonstratum Imperatoribus minime licere ea clausula plenitudinis potestatis contra Genuenses uti, sequitur beneficio. d. l. bene a Zenone, aduersus eos locum non fore. Respondetur quinto. d. l. bene a, non procedere, quâdo is recipiens concessionem à Principe facta erat in mala fide, sic Soc. Jun. d. conf. 69. in fi. lib. 1. sed in casu hoc nostro, iam satis ostendimus Alphonsum illum Seniore, cum inuestituram à Maximiliano peteret, fuisse in mala fide, cum nulla iusta subsistente causa à Genuensibus requisitus, ut illius confueuerant maiores inuestituram suscipere, & Rempub. in dominam recognoscere, recusauerit. Respondetur 6. d. l. bene a Zenone, procedere, quando res per subhastationem alienata fuit, sic Balbus, qui supra. q. 8. versic. septimo limita. addo eiusdem sententiæ Cur. Junio. conf. vltimo. num. 8. & Gramma. d. Decis. 65. nu. 78. qui hanc esse ueram doctorum interpretationem multis affirmavit. sed clarum est in nostro hoc casu, nullam intercessisse subhastationem, cessat ergo dispositio illa. Respondetur ultimo saltem medio restitutionis in integrum Rempub. hoc casu aduersus dispositionem. d. l. bene a Zenone succurri, quemadmodum & minoribus succursum dicitur ut docuit Ange. in. l. 1. C. de fide instr. & iure hast. fisca. lib. x. Soc. d. tract. fallen. reg. 34. fallen. 7 Balbus qui supra. d. q. 8. versic. decimo limita & Rempub. hanc autem minori equiparari, dubium est nemini ex. l. Rempub. C. ex quibus causis maio. l. Rempub. C. de iure Rempub. lib. x. & late affirmant Ruinus conf. 66. nu. 13. lib. 5. Alciatus respon. 4. nu. 9. & responso. 203. nu. 33. Neuz. conf. 43. nu. 2. cessat ergo omni ex latere, hoc ipsum, quod falso creditur solidum fundamentum.

Non obstat secundum ad Imperij commodum aduersus Genuenses decursam esse prescriptionem, qua Genuensium omne ius dicitur extinctum, quia respondetur multiplici

ter. Primo à die sententiæ & concessionis Maximiliani, in omnem casum, quo is eo anno 1482. Imperator fuisset, solum esse decursos annos septuaginta octo, cum tamen contra Rempub. præscribi non possit minori spacio centum annorum, ex privilegio Genuensium Rempub. per Henricum Imperatorem concessio, & in actis producto. Nec est quod dicatur in eo privilegio appositam non fuisse clausulam; Non obstantibus & ad tollendam præscriptionem illam. 30. & 40. annorum ex Aretini sententia in conf. 15. in. 2. dubio à quo ante eum non dissentit Bald. in auth. quas actiones col. 2. versic. 4. quarit. C. de sacros. eccles. quia respondetur primo ex eiusdemmet Aretini sententiâ eo loci nu. 9. versic. His tamen non obstantibus & cum affirmatis hoc priuilegium operari, si ex certa scientia fuerit concessum, ut verè fuit hoc Genuensibus datum & certa ipsa scientia ex eo etiam satis demonstratur, dum in specie dictum est, quod nullam nisi centenariam prescriptionem contra Genuenses decurrat. Respondetur secundo huic obiectioni, quod cum Genuensium Rempub. iura fisci & Imperij habeat, sitque omnino libera, ut iam in primo articulo ostendimus, sequitur solum de iure centenariam prescriptionem contra eam posse decurrere ex l. vltima. C. de sacros. eccles. q. 2. ab auth. quas actiones, hoc casu non corrigitur, ut rectè interrogatus respondit Aretinus consilio 154. col. vlt. versic. tertio premitto, & apud Soc. Sen. conf. 86. col. pen. in subscriptione Petri Lauræij de Luti. lib. 1. qui ambo sic in ciuitate & Rempub. Senarum consulerunt, & idem post Coineum consil. 268. col. 10. versic. non enim obstat, quod primo loco lib. 4. censuit. Craue. tracta. de Antiq. tempo. quarta parte principali nu. 106. & idem sentit Parisus conf. 35. nu. 17. lib. 1.

Respondetur secundo loco principali. d. quinto fundamento Imperatorem aduersus Genuenses nullo tempore præscribere potuisse, deficiente titulo & bona fide, deficiebat enim titulus, de quo verè nullo modo constat. Nec dicatur ad fuisse titulum pro suo, cum iam sui origine Marchia fuisset Imperij, concessa Sicilicet ab Othone, deinde à Carolo. 4. & postmodum ab ipso Maximiliano confirmata, qui sanè titulus pro suo sufficit ad præscribendum secundum Baldum in cap. 1. §. si quis per. 10. si de feudo fuerit controuer. inter domin. & agna. quia respondetur Baldum hoc casu duo exigere, primum quod is præscribens antea fuerit dominus alia ex causa & titulo,

titulo, cum alioqui titulus generalis pro suo non sufficit. l. 1. ff. pro suo: secundum quod is dominus sit in bona fide sic Baldum declarauit Balbus in tractatu prescriptionum prima particula. 7. partis principalis. q. 12. versic. requiritur tamè etiam & sed in casu nostro non constat, hanc Marchiam feudum Imperij fuisse, non ergo pro suo Imperator possidere potuit, sicq; præscribere. deficit & bona fides, cum lata sententia aduersus omnem æquitatem fuerit, ut iam diximus & statim subiiciemus. Minus dici potest Imperatores præscripsisse ex t. confiscationis titulo, quæ sanè confiscatio etiã si nulla esset in se, attamen iustam præscribendi causam præstare dicitur. l. Pomponius. §. si iussu. ff. de acquir. poss. Balbus tract. prescriptio. prima particula tertiæ partis principalis. q. 11. quia respondetur, sine causa confiscari & à Rep. auferri non potuisse, sic respondit Iaf. conf. 93. col. 2. li. 3. Parisus conf. 11. nu. 116. lib. 1. quare relatus Balbus. d. q. 11. versic. quid autem in sententia nulla, & c. negat titulum hunc esse ad præscribendum idoneum, cum is, qui per sententiã possidet, in mala fide versatur, ut versabatur, non ipse modo Alphonsum senior, sed & ipsemet Imperator Maximilianus. nostra hæc responsio declarat, confirmaturq; ex glo. in cap. si sacerdot. 16. q. 3. in glo. 1. quam citat Balbus, dum clarè affirmat uiuente illo, qui t. sententiam, vel nullam vel iniustam tulit, prescriptionem currere non posse. si ergo uiuente Maximiliano nulla est decursa prescriptio, sequitur ad commodum Imperij à die, quo Diuus Carolus. V. ad Imperium assumptus est, solum decursos esse annos. 39. à die scilicet mortis ipsius Maximiliani, qui, ut Historici omnes testantur anno. 1519. desijt esse in humanis, vsq; ad diem occupationis Finarij anni. 1558. sequitur ergo non esse decursam prescriptionem aliquam saltem tanti temporis, quæ ius Genuensium sit sublatum. mala fides autè Maximiliani ex eo satis detegitur, quod nulla iusta ac legitima causa subsistente tentauit priuare Genuenses iure suo. nec dicendum aliquo modo est, Maximilianum fuisse in bona fide, eo quia etiam si t. titulus confiscationis fuerit putatiuus, immo iniustus, nihilominus ex eo bona fides causatur, ut docuit Bar. in. l. Celsus nu. 17. de vsucap. & supra late retulimus. quia censeo hic animaduertendum Bartoli & sequacium doctrinam procedere, quâdo iuris communis dispositio refragatur, ut se ipsum declarat Bartolus. l. sed si lege. §. scire. ff. de petitio. hered. Alex. conf. 73. in fi. lib.

2. Cur. Sen. conf. 72. Princeps defunctus col. 5. Balbus. d. l. Celsus nu. 20. 23. Gramma. Neap. decif. 79. nu. 8. 9. Plorus. l. si quando nu. 162. C. vnde vi sed cui dubium, quin hoc nostro casu resillat ac refragatur iuris communis dispositio, cum sine causa iusta & ratione non potuerit Genuensium Rempub. iure suo priuari. Accedit præterea, quod licet bona fides ex iniusto errore causatur attamen iuste illi tali errore formari non potest. sic Bart. d. l. Celsus nu. 3. in fi. vbi Balbus nu. 4. 5. quo loci cum iniustum esse errorem declarat, qui circa factum proprium uersatur, quod preferunt hoc nostro casu procedit, ubi agitur de præscribenda Genuensium iurisdictione & Imperio, in cuius prescriptione non sufficit titulus causatus errore iniusto, sic post Baldum. l. vltima col. 8. in. 15. oppo. C. de edicto Diui Hadria. tollen. quem secutus est Balbus. d. l. Celsus nu. 10. de vsucap. Non aduersatur quoque quod dicitur Maximilianum, non à sua persona, sed suorum antecessorum prescriptione inceptisse, quorum mala fides ipsi Maximiliano successori in sola dignitate, nocere non potuit, ut declarauit Balbus tract. prescript. 2. particula. 3. partis principalis. q. 12. propè finè versic. primo igitur limita, post Alex. conf. 89. nu. 8. lib. 2. & alios, quos ille renulit. quia Respondetur, Maximilianum non potuisse à persona suorum antecessorū prescriptionem incipere, cum eorum nemo qua si possessionem directi huius Marchiæ dominij affectus sit, vno excepto Carolo Quarto, qui per aliquot annos ab anno scilicet. 1555 vsq; ad annum. 1585. tempore lati laudis, quo sanè tempore, cum Genuenses antiquam qua si possessionem amissam iure recuperauerint, subblata & extincta fuit prescriptio, quæ currere quodammodo ad Imperij commodum cœperat. suam ergo prescriptionem cōtinuarunt Genuenses usque ad tempora Maximilianij, & ex cuius iniusto facto tolli, aut interrumpi non potuit, ex relatis iam rationibus. Accedit præterea Balbi & aliorum doctrinam, intelligi & procedere ut ipsæmet præcitato loco loquitur, quo ad prescriptionem incohendam à persona ipsiusmet successoris, non autem quo ad cōtinuandam, cum illa ex tempore illius prædecessoris. quod & clarè docuit Felynus in cap. de quarta nu. 23. de prescriptio. quare si aliorum omnia persona, ab ipso Maximiliano incohatur prescriptio, iam cernimus, tanti temporis non esse, ut ad Genuensium tollenda sufficiat. Respondeo & tertio principaliter, Imperatores causam habuif

se ab Alphonso Seniore, qui in maxima mala fide versabatur, cum iam illi eo anno. 1482. denunciatum à Genuensium Repub. fuerit, ut ad suscipiendum inuestituras, quemadmodum sui antecessores cõsueuerant, accederet, qui Alphonso re comperta, ut Rempub. falleret, suoque iure priuaret, ad Maximilianum confugit. illa ergo denuntiatio malam fidem in Alphonsum causauit, induxitq; ex. l. si fundum. C. de rei uend. vbi Saly. Balbus in. l. Cel sus num. 11. ff. de usufructu. & in tract. Praescri. secunda particula tertie partis principalis. q. secunda, Ripa in ca. Cum M. Ferrariensis nu. 159. de constitutio. Cremen. singu. 134. Tiraquel. de retractu confang. §. 15. glof. 1. numero 28. & §. 36. glof. 2. numero 10. 18. ex quo, & illud inferitur, quod si haec omnia, is Alphonfus Senior Maximiliano ad unguem (ut par erat) retulisset, non certe is deinde iure suo Rempubli. priuasset. Nec aliqua excusatione defendi potest Alphonfi malafides, quod factum iudicis sicque Imperatoris eum teneatur ex. l. non uidetur. §. qui iussu, de regul. iur. ex. l. iuste possidet. ff. de acquiren. possess. cum similibus, quia respondetur, hic nullum iudicis factum, sicque Imperatoris antecessisse, nam quod actum à Maximiliano si est, suafionibus Alphonfi est actum, qui cum Rempubli. suo t spoliasset iure, Imperatoris autoritate non poterat in ea confirmari. l. auctoritatem. C. unde ui, & egregie tradunt Ruin. consilio 35. numero 10. lib. 1. Ripa. l. naturaliter. §. nihil commune num. 63. de acquirend. possessio. Goza. consil. 8. numero 13. Parisius consilio 101. nume. 68. lib. 1. Soc. Iunior conf. 76. numero 22. lib. 1. Alciatus responso. 370. nume. 2. & responso. 450. nu. 24. Neuzanus consil. 81. num. 24. quod si concederetur, uere is Alphonfus ex suo dolo commodum sentiret, quod nulla iusta ratione concedendum est. l. itaq; fullo. cum uulga. ff. de furtis.

Non obstat sextum fundamentum, quo dicitur, ex laudo Antonioti Adurni nullum dominium in Rempub. translatum fuisse ex Baldi doctrina in. l. vi. §. vlt. in fi. C. communia de lega. quia responderetur multipliciter. Primo, necesse minime fuisse ex laudo ius aliquod in Rempub. transferre, cum iam ante illud ius habeat, habuissetque. Respondetur secundo

112 † Baldi doctrinam ueram non esse, cum eam multis & recte rejiciat Iason in. l. ex hoc iure nume. 45. ff. de instit. & iure. Respondetur tertio t dominium ex sententia transferri, cum illi acquiescit condemnatus, sic Baldus in. l. 1. C. communia utriusque Iudicij. Iaf. d. l. ex

hoc iure numero 44. & sentit Soc. Sen. consil. 9. col. 9. lib. 1. sed cui dubium, quin acquirere rint ij Marchiones illi laudo Adurni, cum in illius executionem, & obseruantiam per nonaginta annos continuos inuestituras à Republica susceperint. Respondetur quartum Baldum in. d. l. ult. §. ult. loqui in emphyteota, qui quemadmodum alienare, sic nec compromittere potest, ne mediante laudo emphyteosim distrahatur, in aliumque transferat, nos autem non concedimus, hoc esse feudum, quin iam clarè demonstratum fuit, quod si feudum est, alienabile est, non repeto sepius dicta. † Glosa autem. d. l. exceptio. ff. de exceptione rei iud. non loquitur in nostris his terminis, sed illius casus, cum reus conuenus, per sententiam nullis hinc inde factis probationibus absolutus fuit, nam iusta ratione dicitur, nullum tunc in reum sic absolutum translatum esse dominium, cum nihil de iure suo is probauerit. sic declarauit Aretinus in. l. Pomponius. §. si iussu numero 10. de adq. tit. possess. Non obstat vltimum, ius respondetur primo licuisse Reipub. ius suum hac via conferri, cum aliunde ei non foret futurum, ut suo loco diximus. Respondetur secundo de uisite Illustrissimum Marchionem experiri eo remedio. l. si quis in tantam. C. unde vi & petere Rempub. condemnari ac deinde priuatum cum priuatio ipso iure non sequatur, ut affirmant omnes in. d. l. si quis in tantam, ubi Bart. num. 28. Baldus col. pen. vers. super. 4. Ang. col. pen. Ripa in cap. sape nu. 99. de rest. spoliat. Tiraq. in. l. si nunquam nu. 152. & 187. Respondetur & tertio hanc dispositionem tunc locum habere t cum per dolum facta est occupatio, ut scribunt sed apud Rempub. nullus fuit t dolus, cum id egerit, quod iusta ratione facere posse credebatur, ut post Baldum & Hieronimum Tortum egregie respondit clarissimus Craue. consil. 8. in fine.

Concludamus ergo (C. P.) excellam Genuensium Rempu. potiora iura in causa petitorij sicq; dominij huius Marchionatus fouere.

SUMMARIUM QVINTI AR- TICVLI.

1 Contumacia & iudicium deferens, cum lata est interlocutoria citandus an sit amplius.
2 Absentes partes tueri iudex.
3 Iudex in dubio iustorem suam eligere debet.
4 Procuratoris contumacia, quando domino necesse est.
5 Cap. cum qui de dolo & consuma in. 6. duabus declarationibus illustratur.

6 Contumacia unius actus, non nocet, quoad alterum.
7 Appellare aliquando licet à reuocatione exceptionum.

QVINTVS ARTICVLVS.

QVINTVS ex ordine articulus est, qui breuis & satis facilis dissolutionis est. Quid hac in causa iudicium agendum sit, posteaque Genuensium procurator, lata interlocutoria, qua se iudicem declarauit Imperator, competetem iudicem deseruit, nec fuit loco procuratorem reliquit, & forte dicendum uidetur, hunc articulum diffiniri satis t ex cap. eum, qui de dolo & contumacia. lib. 6. & in clem. 1. de dolo & contumacia. & per Bartolum in. l. qui roma. §. Seia ubi Iaf. nu. 21. ff. de verbo. obligatio. qui in motiuo in ordine quarto referuntur. ex his enim satis uidetur probari, Rempub. amplius citandam non esse, illiusque uices posse suppleri, quia litigatoris

1 † absentia, iudicis presentia suppletur. l. & post. §. 1. ff. de iud. l. properandum. §. sin autē. C. eod.

2 Contrariam sententiam ueriores esse credo, excellam hanc Rempublicam ad ceteros Iudicij actus omnino citandam esse, & ea adducor ratione prima, quia in dubio eligenda est tutior uia, qua utrique partium possit esse consultum, ex Castren. doct. in. l. 1. in fin. ff. si quis cautio. & egregie respondit Craue. noster consil. 14. in fine & consil. 23. in fine erit ergo utriusque partium consultum satis, sine alterius incommodo, si citabitur Rempub. secundo ex eo in hanc adducor sententiam, quod

3 † Procuratoris contumacia, domino nocere non potest, in his, quae grauioris sunt prauidicij, sic declarat Barto. in. l. 1. §. si procurator nu. 2. ff. si quis iussu. non obtempera. vbi Cur. Iun. nu. 8. quod hoc casu praefertim procedit, ubi nihil est quod negligentiae Reipub. ascribatur, cum procuratorem constituerit unum, cum substituendi potestate, quare iuste creditur ipsum Procuratorem dimissurum fore, si recedere ei contigisset, substitutum, iuxta ea quae scribit Cur. Iun. d. §. si procuratori numero 3. in prin. cum ergo non citare Rempub. ad ceteros actus causae diffinendi, sit maximi detrimenti, ne illius rationibus non auditis, contra eam ferri sententia contingat, dicendum omnino est citandam esse.

4 Tertio ut huius fin sententia, ea ratione contendo, quod Bartoli, & Iasonis est declaratio in. d. l. qui roma. §. Seia. ubi Iaf. num. 21.

qui pro contraria sententi a adfertur, qua declaratione affirmauit. t cap. eum, qui, de dolo & contumacia. procedere donec appellationis interpositae durat prosecutio, sed ea finita citandum eum esse, quo ad ceteros actus causae principalis, quod ea ratione confirmatur, quia contumacia, quoad unum actum, non tamen quoad ceteros in eo contumacia. laur qui alter. §. ult. & l. ult. §. ult. ff. quod uiuere clam. Ang. Aretinus. §. ult. nu. 5. Inst. de poena teme. litiga. Boe. in. l. cõsentaneum col. 7. nu. 70. C. quomo. & quando iudex.

5 Quarto & ultimo adducor doct. Aretini in. d. l. qui roma. §. Seia nu. 21. vers. & ex praedictis, qui affirmat. d. cap. eum qui, tunc demum habere locum, cum appellatio esset frivola, secus si iusta ratione interposita, ut in casu hoc nostro, nam iure hic appellare licuit, conceditur enim appellatio, cum iudex reiectis exceptionibus procedat ad ulteriora in casu recusatibus iudicis ca. super questionum. §. ult. ubi Abbas. de off. delega. Dec. in cap. interposita. col. 1. de appella. & tanto fortius, cum oblatae fuerint probationes super iusta recusatationis causa, ex traditi, ut Decium. d. cap. interposita. col. 2. vers. secunda regula.

SUMMARIUM SEXTI AR- TICVLI.

1 Capitula in dubio admittenda sunt.
2 Capitula admittenda sunt cum clausula saluo iure imperitinentium.
3 Capitula notoria impertinentia, non sunt admittenda etiam cum clausula saluo iure impertinentium.
4 Capitula impertinentia dicuntur, si quoquo modo ad causam conferunt.
5 Capitula sunt impertinentia, si nullus effectus ex eis sequi potest.
6 Capitula eliciuntur ex libello actoris, & ex rei exceptionibus.
7 Proferens naturaliter sua sponte civilem potest ingredi.
8 Recipere in contentum quomodo intelligatur.
9 Procuratoris confessio quomodo domino nocet.
10 Producta in actis, ut fidei faciant, copia debet esse facta parti, cum termino ad opponendum.

S E X T V S ARTICVLVS.

SEXTVS hic articulus, facili explicatio-
nis dissolutionisque (mea sententia) est si
nonnulla crebrius a nostris recepta ob-
seruauerimus, illud primum capitula esse in
dubio recipienda & ad probandum admit-
tenda, sic docuit Iaf. in auth. Ad hæc nu. 3. C.
de iudiciis, quem secutus est Neuzianus lib.
6. Sylæ nupt. nume. 47. vers. item in dubio
omnia interrogatoria &c. sic Cur. Sen. quem
statim referam, quare communi interpretum
uoto dicimus, capitula ipso iure esse admit-
tenda, cum clausula saluo iure impertinentiis
& non admittendorum, sic tradunt Castren.
in l. ad probationem. C. de proba. quo loci
affirmant, in fine litis disputatione, illam esse
referendam, an pertinentia & ad rem faciât,
vel non, cuius sententiâ fuit, & Cur. Senior.
conf. 71. super controuersia. col. pen. vers. sic
uenio ad secundû, Alexan. c. 61. 166. n. 6. lib. 6.

Scio tamen illud verum & æquitate nitî,
quod si notoriæ constat capitula esse imper-
tinentia, non esse aliquo modo, cum quatuor
clausula admittenda, sic intelligo Imolam in
l. 4. §. toties. ff. de dam. infecto, quem uisus est
sequi Cur. Sen. qui supra, qui fortius intelli-
git, quod ubi uiget statutum (ut in hac ciuitate
in ciuilibus sub Rubr. de capitulis admit-
tendis in ciuilibus) quod capi. admittantur sal-
uo iure impertinentium, esse indistinctè ad-
mittenda, quod ipse non concedere, quando
uerè de impertinentia constat. Imole senten-
tiam probauit Gramma. Decif. 45. numero 8.
cum ergo sumus in dubio Castren. doctrina
& aliorum procedit, tamen si alij per mul-
ti contrarium ueris ac tutius affirmauerint,
esse ante omnia discutiendum, an capita-
la pertinentia sint, uel non, quàm ea admit-
tere, cum ea clausula, ne scilicet frustra-
rentur litigantes inanis, & frustratorijs proba-
tionibus, & sumptibus uentur, sic Dec. in
cap. dilecti quarto nota. de exceptio. & conf.
162. nu. 1. quam sententiam probauit Purpu.
in l. 1. num. 60. ff. si certum petat. & Neuzianus
conf. 30. nu. 20. & dubitatiuè uisus est senten-
tiam Corsetus sing. in verbo. iudex incipit iu-
dex &c. & Gramma. Decif. 45. nu. 1. attamen
disputationem in fine referuari, crebrius est
receptum, ut Carolus Molnæus in additio.
ad Dec. d. ca. dilecti. 4. nota. testatur. & relata
aliorum opinione eo casu procedere posse in-
telligo, cum aliquo modo de impertinentia

re ipsa constat, ut intelligere uisus est Craue.
conf. 23. nu. 4. sic clarius Parisius conf. 67. nu.
38. 39. lib. 4.

Illud etiam secundum annotandum obser-
uandumque est capitula satis dici pertinentia,
quæ quoquo modo ad causam siue directo,
siue per indirectum, conferunt, sic uno ore
nostris affirmarunt, ut Bar. in l. duo patroni
§. idem Iulianus & ibi Iafon nu. 12. ff. de iure
iuran. Bal. in l. 2. §. quod obseruari ubi ceteri
C. de iur. iuran. propt. calum. dan. Curt. Sen.
d. conf. 71. super controuersia col. pen. vers.
uenio ad secundum, Dec. conf. 84. col. vltima
vers. non obstat quod &c. conf. 162. num. 2. &
conf. 517. nu. 2. & d. cap. dilecti. 4. nota. de ex-
ceptio. & in cap. in præsentia nu. 34. de prob.
Guid. Papæ. q. 347. Craue. conf. 5. in fine, qui
clare dixit capitula conferri impertinentia,
quando nullus effectus eis sequi potest.
idem censuit. Paris. conf. 67. nu. 16. lib. 4. Alc.
responsio. 387. nu. 4.

Est illud tertium obseruandum, quod quæ
admodum, ex latere actoris capitula eliciuntur
ex libello, ut respondit Alex. conf. 166.
nu. 6. lib. 6. quod uisus est sentire Boe. q. 42.
nu. 13. qui scripsit libellum ex capitulis declarari,
sic ex exceptionibus reus, qui in eis actor
dicitur. l. 2. ff. de except. His sic annotatis ob-
seruatisque, per singula ab Excelsa Genuensî
Respub. deducta capitula discurramus, ut in-
telligamus num reiicienda, uel admittenda
potius sint. Primum capitulum est, castrum
Gouonij esse munitissimum. hoc capitulum
esse admodum pertinens arbitror, quia eo
probato sequetur, Illustrissimum hunc Mar-
chionem, non esse ante omnia restituendum,
ex crebriori illa sententia Castren. l. 2. C. de
edicto Diui Hadria. tollen. quam retulimus
supra in tertio articulo, & dato miles castren-
sis sententiam aliquam pati difficultatem, at
tamen cum tempus non sit, nec locus huic di-
sputationi ante factas probationes, sed tem-
pore ferenda sententia, dicendum est omni-
no capitulum hoc esse admittendum, cum non
modo parum, sed multum ad causam conferat.
Estque ea ratione etiam hoc capit. pertinens,
quia eo probato, demonstrabitur Excelsa hanc
Respub. non esse leui ex causa, sed maxime
virgenti, motam, ad arcem hanc & cetera loca
occupadum, ob imminens scilicet periculum,
ne incolæ sese proderent Gallis, cuius Castrî
recuperatio maxime difficilis deinde fuisset.
Nec ad rem confert, quod dicitur Castrum Go-
uonij esse quid minimum respectu aliarum re-
rum & honorum locorumque occupatorum,
qui

quia iam alias demonstrauimus, maiorem ha-
bendam esse Castrî rationem, quàm aliorum
locorum, cum alia loca facili negotio pos-
sint recuperari, si amitti contingat. Rursus
negari non potest, quin saltem ratione ipsius
Castrî sit hoc capitulum pertinens. Secundum
capitulum ac Tertium continent ab anno. 1480.
vsq; ad annum. 1529. in Ciuitate Genuensî bel-
li ciuilia, contentiones, & discordias uigui-
se, & foris multa bella fuisse gesta, ut Rem-
pub. seruarent illæssa, quæ ostendunt iusta ad-
modum fuisse Reipub. impedimenta, quibus
non potuit possessio & iura sui directi do-
minij in hac Finarij Marchia recuperare: quæ
sanè capitula dicere impertinentia, est nõ mo-
do absurdum, sed & valde iniquum, cum il-
lis probatis, demoustratur Republicam nõ
quam deposuisse recuperandi animum, sicq;
ciuilem semper retinuisse possessionem, qua
mediante naturalem ingredi potuit. I. clam
possidere. §. qui ad nundinas ubi Iaf. nu. 25.
de acquir. possessio. & iam alias supra dixi.
Rursus horum capitulorum probatio in eo re-
leuabit commodumque adferret, quia de-
monstrabitur, Rempub. adeo pecunijs fuisse
exhaustam, & uiribus debilitatam, ut minimè
poterit Marchioni bellum indicere, & gere-
re, cum presertim is Marchio Imperatorum
sefe tueretur clipeo, quod oppugnare, non
difficile modo, sed penè impossibile fuisset,
& in nostris terminis, sic clare respondit Rui.
conf. 42. num. 8. lib. 4. demonstrabitur secun-
dum Ruinum in continenti factam esse re-
cuperationem iuxta loci & personarum qua-
litatem. ecce ergo quantum causa hæc capitu-
la conferunt.

Quartum quintum & sextum capitulum
recipiendum, est cum ex eis contentat proba-
re Respub. subditos & incolas Marchionis ab
eo desciuisse, & se se obtulisse Genuensibus,
qui si eos in suam fidem & editionem recipere
recusassent, sese Gallis dedidissent, ex qua de-
ditione futurum erat, ut Genuenses ipsi non
modo proprii recuperare impediti fuissent,
verum & propria uicinia loca perdidissent. de-
monstrabitur etiam iustam & opportunam oc-
casionem oblatam fuisse Reip. recuperandi pro-
prium. Nec ad rem confert dicere subditos
non fuisse iuuandos, sed sedandos, quia re-
spondetur, immo fuisse iuuandos pro ipsius
Reipub. commodo, cui concessum aliàs fuis-
set, amicis conuocare ad amissam possessionem
recuperandam, ut affirmant, Septimum uerò
capitulum quo deductum per Genuenses fuit,
metu Gallorum adfuisse, ob quod quamprimum

num tentarunt loca ipsa & Castra Finarij oc-
cupare, est admodum pertinens, tum quia eo
probato demonstrabitur nõ leuè adfuisse pe-
riculum, quo cogebantur Genuenses occupa-
re, ne aliàs iure suo in totum priuarentur, ut
paulò ante diximus. Octauum uerò & nonum
capitulum, est pariter recipiendû admittend-
umque; quia ex probatione inde facta seque-
tur, quod cum Castrum Francum destructum
& à Genuensibus deinde reedificatum fuerit,
erogatas impensas esse in omnè casum ab ipso
Marchione reficiendas. ut reficiendas esse ostē-
demus infra in vltimo articulo. sequetur &
illud, quod cum Castrum Francum sit intra
Coruum & Monacum sicq; intra Genuensiu
fines, esse ipsorum Genuensium, saltem iuris
presumptione, ut supra diximus in primo ar-
ticulo: quæ sanè præsumptio, probandi onus
transfert in aduersarium. I. generaliter. §. si
petitur in fine. ff. de fideicom. lib. cum pluri-
bus olim allegatis. cum ergo non modo quo
quo modo, duo hæc capitula ad causam con-
ferant, sed multum illi adminiculetur, dicē-
dum dubio procul est, admittenda esse, quæ
sanè capitula si à Marchione sunt confessata,
non erunt quidem in specie admittenda, sed
ita generaliter, capitula non probata ad pro-
bandum admitti, iuxta communem præxim.
Decimum & vltimum capitulum quo cona-
tur Genuensium Respub. probare Illustrissi-
mum hunc Marchionem, non coactè, sed ipso
te deposuisse Castrum apud Illustrissimû glo-
riossimûque uirû Andream Auream quod
capitulum si probabitur maximus is seque-
tur effectus, quod suo facto & culpa, possessio-
nem amississe dicitur, ut non immeritò nulli
ei competat recuperanda remedium, ut fufius
suo loco diximus. Nec aduersatur, quod di-
citur hic constare de veritate in oppositum,
ex ipsorummet Genuensiu confessione, quia
hoc uerum minimè est, quandoquidem solû
fatentur Genuenses se bellû indixisse ac intu-
lisse, quod autem in eo instanti, in quo pacta
& conuentiones factæ initæq; fuerunt, & Ca-
strum in manibus Principis Aurigæ repositum
est, Marchio fuerit coactus ita facere, non sût
confessi Genuenses, quare stat simul, bellum
fuisse illatum, & necessitatem ita pacificendi
non contigisse. Nec ad rem confert, quod
plures adfint præcedentes, & subsequentes
Marchionis protestationes, quibus satis ipsius
metus probatur, nam hoc factum ipsius Mar-
chionis respicit, & suam uoluntatem, contra
quam probare Genuensibus non dicitur pro-
hibitû, sed concessum, quia esse potest quod
vno

SEPTIMVS ET OCTAVVS ARTICVLVS.

vno tempore Marchio pertimuerit è Castro eijci, alioverò tempore nò. cum ergo aliquo modo ad causam conferat, de voluntaria dispositione, ac in initis pactis fuerit exceptum, iure ad capitalia, que fuerunt negata redacta sunt, ob id omni suadente ratione, cum non cõstet euidenter esse impertinentes, sed ad rem maximè conferre, admittenda sunt. Accedit prærea, quod in confessione clarissimi iurecõsul ti. D. Octauiani de Nigro, nullũ solidum fun damentum est constituendum, cum † Procura toris spontanea confessio, sine speciali man dato, non noceat domino, vt docuit Barto. in l. certũ. §. sed an ipsos col. 2. de confessis & Alex. conf. 222. nu. 16. lib. 2. conf. 66. nu. 22. li. 6. Neuz. conf. 17. nu. 29. Pari. consil. 115. nu. 21. lib. 1. quod presertim hoc casu procedit, vbi si cõfessio procuratoris noceret, faceret in cidere Rempub. in delictũ, quod inique alie na occupauerit, iuxta tradita per Ias. in l. pro curator colu. 1. & 2. ff. de condi. indebi. & per Cur. Iun. conf. 149. in fine & per consulti sum Crauetam conf. 34. nu. 6. & alibi sæpe accedit etia de his cõfessionibus ac ceteris nõ constare, cum legitimè † exhibita nõ fuerint deci eta copia ipsi Reipub. vt decernenda erat cum termino ad opponendã, ut tradit Bart. in extrauag. ad reprimen. in verbo de Plano col. 1. Felynus in cap. significauerunt de tes tibus Romanus consil. 157. colu. 1. & egregiè Marfilii. in sing. 81. aduertas &c. qui alios in hanc sententiam retulit concludemus ergo capitula ista esse ad probandum admittenda.

SVMMARIVM SEPTIMI ET OCTAVI ARTICVLI.

- 1. Impensas an repetat occupator castri, cum eas in castri re fessione erogat.
2. Impensas necessarias regulariter deducit possessor sine titu lo & cum malafide.
3. Impensas utiles aliquando, deducit possessor cum malafide & sine titulo.
4. Confessio prædecessoris, successoris nocere solet.
5. Aedificare in litore maris unicuique licet.
6. Provincia illa præsumuntur, qua intra centum miliaria ab ea distanti sita sunt.
7. Imperator summus Princeps, ut Deus causas cognosce re debet.
8. Impensas necessarias in foro conscientia malafidei possessor & sine titulo deducere potest.
9. L. nisi ma. ff. de rei vend. dispositio, quomodo, & quando locum habeat, contra negantem se possidere, cum ne re possidet.

Dvno posteriore loco hi locati articuli, vna simul hodie explicadi sunt. (A.P.) tum quia breues admodum sunt, tum quia ex iam relatis satisclari redduntur. Dubi tari ergo septimo loco contingit, qualis sit in hac causa ferenda sententia. & verè ex iam re latis concludendum est, Sacram Cæsareæ Ma iestatem declarare debere, se huius causa iudi cem nõ esse competentem, remittereq; debere omnem hanc cõtrouersiam Reip. ordinaris, vel saltem summo Pontifici, vt tandem apud alterum eorum definiatur. erit & Cæsari sua dendum, vt ante hæc omnia suam reuocet in terlocutoriam, qua se iudicem declarauit cõ petentem, quam si reuocare negauerit, & in causam procedere maluerit, erit declaradum, malè institutum fuisse ab Illustrimo hoc Mar chione iudicium possessorium, & eo reiecto esse super causa petitoris procedendum, ac di sputandum de ambarum partium iuribus, su per quibus, si ferri contingeret sententia, de clarandum erit excessam Genuenium Rem pub. esse dominã directi dominij. Marchio natus, saltem pro portione illa, in laudo An toniotti Adurni contenta. si tamen de iuribus iudicij possessorij cognoscere statuet Impera tor, capitula excellæ Reipub. erunt admitten da, & super eis recipiendæ probationes. quo verò ad erogatas per Genuefes impensas, quid in omnem casum statuendum sit statim dice mus.

Octauus ergo ac vltimus est articulus, an saltè Reip. rescindiendæ sunt impensæ, quas in refectione Castri Franchi erogauit, in quo articulo dicendum videbatur, non esse † resti tuendas, ex sententia Martini Laudèsis in tra ctatu de Castellanis. q. 13. dũ clarè affermauit Castrorum inuasiores non repetere impensas in Castri refectione erogatas ex tex. vbi glofa l. ex argento. ff. de cond. furtiua, & probat. l. 1. C. de infant. expositis que sanè iura de impen sis necessarijs loquuntur, idq; ea iusta ratio ne constitutum videtur, quia ipsi occupato ri imputandum, quod malafide in re aliena impendere voluerit.

Contrarium tamen verius esse arbitror, Primo adducor ratione, quod regulari ter † possessor malafidei & sine titulo conse quitur impensas necessarias erogatas in refe ctione rei possessæ, vt probat. l. planè. ff. de pe

titio. hered. & l. domum. C. de rei vindicat. Bar. in l. in fundo nu. 11. de rei vendi. quo lo ci, eam adfert rationem, quia possessori impu taretur, si nihil impendendo ineret rem peri re & fundicus destrui, idem censuit Alciatus in l. impensæ nu. 8. de verbor. obliga. quod & placuit Carol. Molina. in cõsuetud. Parisien. tit. 1. §. 1. glo. 3. nu. 75. immo ist malafidei pos sessor etiam vitiles impensas consequitur, nõ quidem per æstimationem, sed per detractio nem, vt probat. d. l. domum in fine & Bar. d. l. in fundo nu. 11. quanto fortius dicendum est in casu nostro, in quo Respub. non potest di ci occupasse alienum, sed recuperasse suum caretque malafide, vt ex iam dictis apparet.

Secundo, vt hoc verum affirmè hac ratione clara & euidenti contendo, Genuefes petere sibi resciti impensas, non nunc, sed olim, antiquius scilicet, erogatas in refectione Cas tri Franchi, quod sumptibus Reip. fuit regi sicutum, vt eiusdem Marchionis antecessores sunt attestati in publico instrumento confecto anno. 1399. vt in actis cõstare dicitur, quæ † cõfessio & ipsi Marchioni successoris nocet. vt respondit Areti. consil. 36. nu. 3. Ruim. conf. 76. nu. 14. lib. 5. nec est dubitandum, quin tunc temporis licuerit ipsis Genuensibus Castrum illud fundicus destructũ reedificare, tu quia est † in litore maris iuxta text. l. riparum & l. in tantum. ff. de rerum diuisio. Cepola in tra ctu. feruit. rusticor. prædio. capit. 27. numero 3. quod tanto fortius locum habet, cum constet aedificatum castrum hoc esse intra fines Genuensium, hoc est intra Coruũ & Mona rum, sicque præsumitur aedificatum in solo ipsorum Genuensium, ex quo est intracentũ miliaria iuxta. l. 1. §. cum vrbè de off. præfecti vrb. Specul. in titu. de iurisd. omn. iudi. col. 2. vers. & scias nu. 3. Castren. conf. 179. col. 2. 4. li. 1. ex quo cessat, quod dicitur de occupatio ne, quia hic non agitur de impensis de presẽ ti factis, sed iam antiquius erogatis.

Tertio, vt huius sim sententia, ex eo addu cor, quod causa hæc coram Cæsare tractatur, coram quo, eo proceditur modo, quo coram Deo optimo maximo, vt tradit glo. in rub. au ten. de hered. & falcid. Bald. in cap. 1. §. 1. nu. 3. de noua formã fidelita. quare dicimus Impe ratorem esse Deum in terris. §. 1. in authen. de consul. Bald. cap. significantibus in fin. de off. delegat. & latissime Restaurus Castaldus tra ctat. de Imperatore. q. 2. & q. 50. nu. 31.

Si ergo cõta à Deo optimo maximo diffi nitur, dubio procul Reipub. Genuesi re

vim & malamfidè occupasse, sic in claris ter minis scribit consulti sum Didacus Coua. in cap. peccatum in. 2. parte. §. 6. num. 3. de re gulis iuris in. 6. quo loci declarat. d. l. ex argè to. ff. de cond. furtiua. in foro animæ locum sibi non vindicare, vtitur eo loci multorum authoritatibus, quas cõ apud eum videri pos sint, consuldò omittam.

Non ergo aduersatur relata in oppsitum, quia illi, satis superque fuit satisfactum ex sta tim relatis. est ergo omnino concludendum re scindiendas omnino esse.

Illud vnũ nunc silentio nõ inuoluã Patres, ne locualicui dubitationi in eo relinquatur, quod in vltimis verbis motui propositum fuit, dum dicitur, esse cogitandum, nõ quid sit locus dispositioni † l. vltimæ. ff. de rei ven dica. & doctrinæ Curtij in aditio. ad præc. Pa pien. in forma primi libelli quo actione reali quibus addo ipse Marfil. Sing. 241. tex. & c. & egregiè Affli. decif. 18. quod scilicet cum Res pub. negauerit se possidere Castrum & cete ra loca Finarij, in penam sui mendacij sit iur re suo priuanda. arbitror equidem dubitatio nem hanc esse parũ admodum consideratio nis, hoc nostro in casu, cum re ipsa demon stratum fuerit ob sequestri vim non Remp. sed, vel ipsismet Marchionem, vel sequestra rium ipsum possidere. nullum ergo hic adest Reipub. mendacium. accedit, quod d. l. vlt. procedit, quando ex negatione aduersarijs fuisse probationis onere grauatus, sic egre giè Roma. conf. 59. col. pen. vers. quo ad vlti mum & c. & conf. 70. col. antepe. vers. 2. prin cipaliter & c. quem est secutus Gomb. Gisp. §. ex maleficijs nu. 47. in fine in str. de actio. idè respondit Barba. conf. 82. col. 1. lib. 3. at in ca su nostro, etiam si excessa Genuensium Res pub. negauerit possidere, nõ tamen ex latere Marchionis probationis aliquod onus adfuit cessat ergo hæc dispositio. Rursus non habet locum dispositio illa hoc nostro casu, cum iusta ratione ignouerit, & adhuc ignoret, Respublica, an ipsa possideat, vel non me diante persona sequestrarij, quod cognos cere iuris, nec parum difficilis (vt iam retuli mus) est. sequitur ergo Rempublica excusa ri. Romanus. d. 70. col. 5. vers. circa huius in tellectum & c. Mea hæc est. A. P. hac de re sententia, quam omni seposito animi affectu & desiderio in medium eo libentius attuli, quo futurum spero, eam vos diligenter pen saturos exanimaturusque, tum presertim ab vno viro celeberrimo Michaelè Girardo, quem video non leui studio & diligentia vti,

vt munus hoc referendū responsumque dā-
di clementissimo Impertori sibi demādetur.
Cuius desiderio, vt satisficiamus, si suadere
posū hortor, & toto animo suadeo, opinor
enim illum, vt iustitiae eat satisfactum, & ne
sibi multum tribuere uelle videatur, quæ &
à iunioribus proposita fuerant, perpenum,
nouit enim, quæ iusti. noster protulit in. l. i.
§. sed neq; C. de veteri iure enucle. ex aūtho-
rum multitudine iudicādum non esse, quid
æquius, quid iustius: cum possit vnus forsā
& deterioris sententia, & multos & maiores
aliqua in parte superare. sic Deus Optimus
Maximus multa magnis abscondit, quæ reue-
lauit aperta que fecit paruulis, alterum ex qui-
bus, vt ipse sim rogatus toto corde illa uel-
lem, qui solus nostris fauere potest votis.

**S V M M A R I V M
TERTII RESPONSI.**

- 1 Imperator summus superior est.
- 2 Imperator iustum Imperium super omnes habere dicitur.
- 3 Imperator, nec aequalē, nec sibi superiorem constituere potest.
- 4 Inferior, cum superiore, idē esse non potest.
- 5 Prescribi an possit potestas suprema.
- 6 Prescriptio cum sibi qualitatibus allegari et probari debet.
- 7 Iura ut proficiat, in actis produci debent.
- 8 Acceptans sine protestatione literas nel priuilegium, quod sibi nocet, sibi praeiudicare dicitur.
- 9 Respub. libera dici potest, etiam si Imperator superior sit.
- 10 Priuilegium concessio libertatis, reuocari ab Imperatore quando possit.
- 11 Priuilegium dicitur in necessarium antecedens reuocari, quando sine illius reuocatione explicari non potuit.
- 12 Princeps praesertur uti plenitudine potestatis ut actus ualeat, & sustinetur.
- 13 Priuilegium concessum, ne superiorem quis recognoscit, reuocari potest, cum se iustitiam non admittit.
- 14 Vasallus male tractans subditos ante feudi priuationem admonendus est, ut a Tyrannide desistat.
- 15 Index dicitur suspectus, cum uia facti procedere capit, suspectus ubi est superior, sic & eius officiales.
- 16 Priuilegium debet reuocari, cum quis ex eo laeditur grauius.
- 17 Consuetudo aqua reuocari debet, cum iniqua esse incipit.
- 18 Princeps legem sibi imponere non potest à qua non liceat recedere.
- 19 Index ordinarius, quando de causa feudi inter Vasallus cognoscit.
- 20 Imperator in causa propria & suorum iudicare potest.
- 21 Imperator non cognoscit in sua causa contra non subditum, & praeiudicium se ab Imperio liberum.
- 22 Possessorum ex cap. in integrand. q. 1. quando motum et intentatum cognoscatur.
- 23 Alium metu gestum rescindi petens, quod metui causa actionem mouet.

- 24 Nullum quod est, impedimentum non praestit.
- 25 Exceptio domini, obijci non potest spoliatō per vim compulsuam.
- 26 Proteratio ob metum facta, facit, ut actus, qui sequitur, sit ipso iure nullus.
- 27 Exceptio domini obijci an possit cum restitutione castri munitissimi agitur.
- 28 Tituli etiam notarij non admittuntur contra agentem remedio reintegrande.
- 29 Exceptio proprij domini spoliatōis, non impedit spoliatum ante omnia restitui.
- 30 Exceptio defectus domini etiam si notoria sit, non impedit spoliatum ante omnia restitui. ibidem declaratur.
- 31 Caroli. 4. Imperatoris inuolutura Georgio Carretto concessa, quibus potest ut prodesset & nocere.
- 32 Ratificatio sequi debet, ut alium ratificanti possit vel prodesset, vel nocere.
- 33 Ratificatio ex silentio non inducitur.
- 34 Orbis concessio Aedrauo facta cum donationis habuit.
- 35 Feudalis in dubio res non praesertur non libera.
- 36 Marchionatus donationis iuris haberi potest.
- 37 Imperator sine causa, non potest iura alterius tollere.
- 38 Praescriptio quanti tempore curat contra Rempub.
- 39 Possessio unius rei, retinetur ratione mixturae alterius rei.
- 40 Constituitur quis uera, qua in precibus scriptis.
- 41 Malefides ex diminutione inducitur.

**R E S P O N S V M
SECYNDVM, A VENERAN-
DO PAPIENSI IURIS
CONSULTORI collegio in
causa Finariensi
redditum.**

De vultu tuo Clementissimi Deus relictū
prodeat cōsiliū nostrum: Vixit literis
Cæsareæ maiestatis Serenissimi Imperatoris
Ferdinandi Domini. D. nostri obseruandissimi
Dat. Viennæ die vigesima secunda maij, Anni
presentis millesimi quingentesimi sexagesimi,
quæ ad nos iuris consultos de venerando Collegio
iuris consultorum in citra Ciuitatis Papiæ ac
Ticinensis nostræ Academiæ, seu ad dictum
Collegium allatae fuerunt per multum Magnificum
& Illustrissimum Iuriscōsultum. D. Octauium Landū
prædictæ Cæsareæ Maiestatis Consiliarium, a
quibus requirimus, vt acceptis à prædicto Illu-
stri Lando actis & processu formato in graui
controuersia coram prædicta Cæsareæ Maiestatis
mota, inter Illustrissimum Marchionem
Finarij ex vna, & Illustrissimam Rempub. Ge-
nuensem ex altera parte, vna cum altero scri-
pto, quod opinionem & sententiam Illustris-
simorum Consiliariorū Aulicorū dictæ Cæsareæ
Maiestatis cōtinebat absq; mora totius
dictæ causæ statum, & merita discutere & per-
pen-

pendere diligentissimè deberemus, nempè
quod negotium ipsum nō modo tam ad par-
tes admodum insignes, verum & prædictam
Cæsaream Maiestatem ac sacrum Imperium
concernat, & in euentum, quo conceperimus
Consilium & sententiam prefatorum Illu-
strissimorum Consiliariorum iustitiae &
equitati consentaneam esse, illam quali Con-
silio decisiuo subscribēdo declararem. Sin-
autem aliud sentiremus, eam sententiā nostrā
scripto quoq; clarè & dilucidè demādemus
ac dicto Illustri Octauiō ad prædictam suam
Cesa. Maiest. preferendū traderemus. Quibus
reuerēter acceptis, & si difficile a modū videa-
tur huiusmodi negotio scribere, in quo prius
prædicti Illustres & cōsiliarij viri in legali phi-
losophia excellentissimi, adeo eleganter do-
ctè & copiosè scripserunt, vt nihil ab eis in-
tactum esse videatur, tamen ut causam ipsam
de gustasse uideamur, & maximè quod nos-
trum est munus, piè sanctè honestè, & iustif-
simè prædictæ Cæsareæ Maiestatis uoluntati
ac dignitati dicti Collegij satisficere in his,
quæ iuri consentanea nobis uidentur.

Viso toto dicto processu iuribus & instru-
mentis in illo insertis & hinc inde productis,
ac singulis actis, & decretis in dicta con-
trouersia coram prædicta Cæsareæ Maiestate
factis unā cum dicta sententia & consilio præ-
fatorum Illustrium Dominorum consiliario-
rum, & deniq; summa cum diligentia pluries
& pluries inter nos collegialiter uisus per-
spicis & trutinatis totius dictæ causæ statu &
meritis, præsertim his, quæ in dicto consilio
elleuata discussa fuerunt, ac alijs omnibus sin-
gulis, quæ consilio dicti Collegij perspicie-
nda discutenda & trutinanda hinc inde uideban-
tur, sigillatim atque diligentissimè considera-
tis & discussis.

**D O M I N A T O R I S O M N I V M
dei optimi Maximi præsidio
implorato.**

DECLARAMVS & approbamus consiliū
& sententiam prædictorum Illustrium
Dominorum Consiliariorum prædi-
ctæ Cæsareæ Maiestatis, iunctis tamen in iam
per nos dicendis vt infra.

Et quatenus attinet ad illud dubiū, an Cæ-
sareæ Maiestas sit in dicta causa iudex com-
petens vel neptenemus firmiter & indubitanter
Illustr. Rempub. Genuensem non posse eua-
dere, quin in dicta causa Cæsareæ Maiestas sit

iudex, & de eacognoscere possit: & ultra ad-
ducta per prædictos Dominos cōsiliarios mo-
uemur. Nem o enim inficiari potest, quin Im-
perator habere cōsuetudine superioritatem in di-
ctam Rempub. cum Imperator sit summus
superior Bas. in. l. pe. per illum tex. C. de bo.
que libe. & dicitur habere iustum imperium
super omnes nationes Hostien. in summa in
fine de off. ord. ver. sed Imperator Soci. conf.
275. num. 9. lib. 2. & adeo est summus superior
vt non possit sibi superiorem neq; equalem
constituere Bas. in prelud. seu. verbo expedita
ad finem & in verbo de prohibita feudi alie-
per Fed. §. pretera col. fin. Cur. Sen. confil. 65.
col. 5. Abbas in cap. cum non liceat nu. 16. de
prescrip. quia secundum Philosophum, stan-
tibus terminis discretiuis, nullus inferior po-
test esse id, quod est superior, & quin etiam
sit iudex ordinarius omnium ciuitatum, &
Dominorum sibi subiectorum, Socinus in
confil. 99. num. 16. lib. 3. sed cum ex processu
non appareat per prædictam Illustrē Rem-
pub. probatum se Imperatori non esse subie-
ctam ergo Imperator in eam habet dictam su-
perioritatem & iurisdictionem.

Nec mouet, quod prædicta Illustr. Respu-
presuponat in dicto processu, prescriptis di-
ctam supremā Imperatoris potestatem & iurisdictionem, & ab ea quoq; ex priuilegio li-
beram esse: quoniam utroq; casu dicitur, nā si uult uti dicta prescriptio, dicitur qd
non potuit prescribi Soc. d. confil. 275. nu. 5.
ubi inquit, quod secūdam magis cōmunem
opinionem doctissimorum uirorum t̄ supre-
ma potestas Imperatoris prescribi non potest
quo minus habeat Imperatorē in dominū,
& in omni casu nō potest negari, quin sit op-
pinio dubitatissima, vt ex aductis per Abbat.
& Feli. d. cap. cum non liceat de prescriptio.
doct. in. l. Imperium de iurisd. omn. iud. Soc.
in conf. 99. num. 16. lib. 3. quo casu non potest
dicta Respub. super ea se fundare. Accedit
quod res est extra omnem dubitationē, quia
ex processu non apparet, quod dicta prescrip-
tio interuenierit cū illa nō solū debeat alle-
gari, sed & probari cum omnibus suis quali-
tibus requisitis doct. in ca. de prescriptio.
in. 6. latē Balb. in tract. prescrip. in vlti. pat.
tertia partis principalis, quod cum factum
non reperitur ergo & caut prædicta Illu-
str. Respub. uult niti dicto pretensio priuilegio
& dicitur quod nec illud eam iuuat, ex mul-
tis, primo quia de eo non appareat ex proces-
su, vnde super iura non producta, non est fa-
ciendum fundamentum. l. illicitas. §. veritas
de offi.

de offi. prefid. Secundo cũ in d. processu non videatur disiteri, quia in dicto prætenso privilegio adfit clausula faluis iuribus imperij, & consequenter absque probabili dubitatione sunt referenda iura imperij, duo resultant effectus.

Primus ille est, quod dato, quod prædicta Respub. posset prætere ali quod ius respectu dictæ exemptionis a potestate imperatoris uigore dictæ prætenfæ præscriptionis, & acceptando dictum priuilegium faluis iuribus imperij, sibi præiudicauit, argumento not. per Bar. in l. quo enim, rem ratam hab. in l. si filius ad Macedo. Doc. in l. quæ dotis solu. matri.

Alter effectus est, quod illud, sic faluis iuribus imperij per rem publicam acceptatum, non parit nisi limitatū effectū in agris de acquir. rerum dom. & sic, quod Respub. remaneat libera quidem, sed ita tamen, ut imperator sit sibi superior, nam non est nouum, quod respublica remaneat libera & imperator remaneat superior, est tex elegans in l. nō putō de capti. & post. reuer. Dec. consil. 360. col. 3.

Tertio dato sine ueri præiudicio, quod Respublica ex dicto prætenso priuilegio non obstante dicta clausula faluis iuribus Imperij, posset prætere omnimodam exemptionem, ut nō recognosceret ipsum Imperatorē, tamen, cum non sit dubium, quod imperator possit hanc potestatem & sic dictum prætensum priuilegium suprimere ac moderari, & etiam reuocare ad libitum. et sine causa, Bal. in l. qui se patris. col. 10. C. vnde liber. Alexā. consil. 216. nume. 14. lib. 2. Felin. in cap. nouit nu. 9. ubi loquitur de priuilegio iurisdictionis, etiam non subdito concessio, & num. 10. de iudic. Gozad. consil. 5. col. penul. & consil. 62. col. 2. debet in casu isto supressio & reuocatio ipsa censeri facta, cum prædicta Cæsarea Maiestas expressum in dicto processu declarauerit, se uelle esse iudicem, & de dicta causa cognoscere. censetur enim pro ualiditate dictæ declarationis, & actus in necessariū antecedens dictum prætensum priuilegium supressisse & reuocasse. l. illud de acquirend. hered. Alexand. consil. 224. in fin. lib. 6. Afflic. Decif. 3. nume. 3. Dec. in rubr. C. qui admitti.

col. pen. & fin. facit quod Princeps censetur in necessariū antecedens, uelle uti plenitudine potestatis pro ualiditate actus, Castr. cō silio 414. nu. 5. lib. 1. Alexand. in l. quamquā C. de test. mil. Ruin. consil. 23. num. 4. lib. 2. at qui dicimus, quod in casu isto debet omnino dictum priuilegium suprimij, & reuocari

13

vel saltem non obseruari. primo si quando nō recognoscat superiorem est negligens in administrando iustitiam supelat Imperator, & sic suprimendo dictam potestatem. Abba. in cap. ex suscepto nu. 9. de for. comp. Soci. in dicto consil. 275. num. 9. multo magis imperator debet suplere & suprimere, quādo sit euidenter iniustitia, Doc. in d. cap. nouit. Quod uerò in casu isto adfit euidenter iniustitia facti, patet, quia dato sine ueri præiudicio, quod Illustris Alphonfus, ut asserit ipsa Respublica malè tractaret suos subditos, debuit tamen prius ter moneri, est tex. cum glo. in cap. r. de mil. uasal. Curt. lun. consil. 137. num. 20. & in tract. feud. in 6. par. q. prima, las. in Authentica, Qui rem col. 2. C. de sacros. ecclie. quod Illustrissimam Rempub. Genensium minime fecisse cōstat. At qui (ut ipsa met fatetur in processu) a principio uasallos prædicti Illustris Alphonfi, qui illi rebellauerant & coegerant illum pro tuitione uitæ suæ in Castrum Gouoni se recipere, ad protectionem, & obedientiam, & uia facti dictis uasallis auxilium, & fauorem adeo præstitit, ut concessum preparato exercitū pecunijs, & bellicis tormētis, dictum Finarium occupauerit, ac alia fecerit prout in processu, quo casu ita iniuste procedendo extrajudicialiter, & de facto, dato, sed non concessio, quod uigore dicti prætenfi priuilegij Illustrissima Respub. dici posset habere omnimodam iurisdictionem, & non recognoscere superiorē tamen deo tamen suspecta reditur, ut omnino uti suspecta sit habenda, etiam si uellit iudicialiter procedere, glo. in cap. statutum uerb. copia, de rescrip. in 6. Bru. consilio 31. col. 3. est elegans tex. in Clem. pastoralis de re iud. & hac quoq; suspiciō militat in officialibus suis, iuxta late tradita in cap. in sinuante de offi. deleg. & per Brun. in dicto consil. Secundo quoties priuilegium tendit ad noxam & ex eo apparet, quod tertius grauitur læditur, tunc a Principe reuocationem, uel moderationem recipit, capit. fugestum. de Decimis cap. primo & capitu. autoritate de priuileg. est glos. communiter approbata in dicto cap. statutum uerb. ad noxam, Aretinusq; & ceteri in capitul. nouit de iudicis, Gozadus in consilio, quinto colu. quinta faciunt tradita in capitu. cum omnes de constitutione ubi quando i consuetudo, quæ a principio ualuit, incipit esse iniqua, quia indebitè lædit, reuocatur, seu reuocata ipso iure censetur, Doc. in capitul. primo de consuetud. sed cui dubium est, si dicemus istud priuilegiū subsistere, quin omnino & grauitur

& grauitur ac enormiter lederetur prædictus illustris Alphonfus. ultimo accedit, quod Princeps non potest sibi legem imponere, a qua non liceat recedere, maxime ex causa casuali, de electione cap. fin. de rescriptis in 6. Bar. in l. cum præcaro, de præcar. & Ale. eleganter docet in consil. 224. nu. 6. lib. 6. sed nemo est, qui ex proxime dictis nō uideat, in casu isto subsistere causam & quidem probabilem. Et quæ omnia, maxime & a fortiori, procedūt in prædicta Cæsarea Maiestate, quæ in Imperio cōcedens priuilegium successit d. cap. signifi. d. cap. si. hinc diluuntur omnia argumēta, quæ adduci uidentur pro prædicta Illustrissima Repu. nempè quod, cum Illustris Alphonfus neget se uasallum esse pro aliqua parte dicti, Finarij dictæ Illustrissimæ Reipub. & ipsa quoque neget imperatorem esse domum directū dicti Finarij, saltem respectu dimidiæ, pro qua prætendit prædicta Respu. se dominam directam, & sic cum causa hæc non agatur inter uasallos, sed inter extraneas personas, debuisset cognosci per iudicem ordinarium ipsius reipub. quæ est rea, gl. communiter approbata in cap. ceterum de iudic. Bald. in cap. i. de inuest. in mar. fact. nume. 6. ubi Affli. nu. 12. Soci. consil. 12. nu. 22. lib. 1. cōs. 187. col. filii. 2. & per suos iudices etiam uigore priuilegij Imperatoris Federici secundi, de anno. 1226. in dicto processu inserti, quod cũ Respub. ipsa prætenat habere omnimodam iurisdictionem, neq; imperatorem in superiori rem recognoscere, imperator non uideatur posse in eam non subditi iudicare, cum etiā imperator in causa propria cognoscere possit, Vlp. l. & hoc Tiberius de here. instit. doct. in d. c. ceterū nempè Dec. nu. 11. etiam quod sit reus, Are. & Dec. in c. i. de probatio. tamen nō procedit dicta conclusio, quando controvertitur inter imperatorem & non subditum & sic ipsam Rempub. quæ pretendit se illi non esse subditi Clem. pastoralis de re iud. doc. in d. cap. nouit & Fel. in cap. cum uenissent col. pen. de iudic. So. ci. d. consil. 87. nu. 29. lib. 2. at qui, nec uidetur imperator posse cognoscere an iurisdictione ad se spectet Bal. in cap. i. fin. col. 3. de proh. feud. aliena. per Fede. Alexand. consil. primo nu. 11. lib. 5. & hoc ratione suspiciōnis nempè, quando tractatur ultra cōmodum iurisdictionis, de aliquo alio cōmodo glos. in l. de iure in prin. ad municipal. Gard. in Clementina prima, uerbo, Abbatis in. 10. not. de excessibus prelat. quia ex supradictis patet solutio, nam imperator remanet superior, & iudex ordinarius, & prædicta Respu

blica censetur illi subdita, & consequenter ad prædictam Cæsaream Maiestatem spectat cognitio dictæ causæ, & exceptio quoque de iudicibus dictæ Reipub. uigore dicti priuilegij, impertinens uidetur. nam priuilegium illud prædictæ Reipub. usui erat, quando niri non poterat se habere omnimodum iurisdictionem & contra omnes, propter Imperatorem, cui erat subdita, nunc uerò, quod præten dit habere eiusmodi iurisdictionem, dictū priuilegium suprimitur, nam pugnat, quod habeat omnimodam iurisdictionem, non recognoscat superiorem, & quod possit conueniri coram suis iudicibus, uel alijs ordinarijs, ut de se patet, remanet & firma & ualida conclusio illa, qd possit imperator in causa propria cognoscere, & cum Respub. sit maxime in casu isto illi subdita, & cessat omnis de ipso imperatore suspicio, quando maxime ultra alia imperator ipse uti iustissimus, & modestissimus Princeps, etsi posset per se, absq; Consilio peritorum, causam ipsam terminare, non solum fuit contentus a prædicta Illustribus suis consiliarijs habere consilium, sed & a nobis, & ab alijs Italiæ Collegijs iuris cōsultorum, ut nobis relatum fuit, ut iustitiam in causa ipsa locus, sit requirit.

Ad illud uerò an remedium capituli reinte granda. 3. q. 1. & sic solū possessorum iudicij per præatum Illustris Alphonsum intentatū sit, & an illud prædicto Illustris Alphonso cū petierit uel ne, tenemus firmiter utroq; casu, quod sic, nā priore casu, res est clarissima, quia in petitione sua narrauit se sua possessione Finarij spoliatum, & petiit se reintegrari ad dictam possessionem reiectis quibuscūq; exceptionibus petitorū respicientibus, & semper fuit protestatus, ut in dicto processu de non cumulado petitorum cum ipso possessorio, ex quibus liquet intentatum remedium dicti cap. reintegranda, & solū possessorium, nec mouet, quod & in precibus, & in petitione prædicti Illustris Alphonfi uideatur quoque petiit ut res mandantur illæ meticulousæ conuentiones atq; contractus, quo casu uidetur quoque intentata actio quod metus causa, quæ petitorum respicit, quoniam cum consistet de ipso metu & ex protestationibus suis, & procuratoris sui, timore metus factis, de quibus in processu, ante conuentiones ipsas, conuentiones illæ quæcunque sint, propter defectū consensus prædicti Illustris Alphonfi, reduntur nullæ, & quidem ipso iure, ut infra dicemus, sicq; consequens est, ut nulli præsent impedimentum gl. in l. si patet. C. ne de stat. M ij desunc.

defunc. Bal. in l. f. C. de non num. pecu. Cor. conf. 135. col. 4. in l. cum similibus & q̄ petitio prædicti Illustris Alphonfi intelligi debeat ut de facto tollantur, sicque in terminis interpretatur Bal. ut saluetur libellus in l. f. qui ad erullia col. 3. C. de appella. facit glo. in ca. inter ceteras de re iud. & in l. prima de ser. altero verò casu, idē quoq; patet, nec nos videt, quòd hic controuerti uideatur t̄ de uicompulsua, in qua non videtur competere remedium possess. uel ubi competat saltem exceptio dominij obijci potest, Alex. & pleriq; in l. naturaliter. §. nihil commune de acquir. pos. Paris. consil. primo nu. 176. li. primo qui dicit hanc esse communem sententiam ea potissimum ratione quod subsit uoluntas et si coacta sit, quoniam contraria opinio uidetur probabilior ex deductis per prædictos Illustris Dominos conciliarios, & utrumq; saltem in casu isto uerior omnino est, quoniam præcesserunt dictæ protestationes ante ipsos contractus factæ, & iuxta prædicam traditam per Dinum in l. qui in aliena. §. fin. de acquir. hered. quibus prorsus ipso iure censetur sublati omnis prædicti Illustris Alphonfi consensus, sicque cessat contraria sententia, quæ dicto consensu tantum nititur, ita eleganter docet Castr. in d. §. f. ubi etiam Bal. Alexand. Imol. quam castro sententiam singularem dicit Alex. in l. pacta nouissima col. pen. C. de pac. & approbat Soc. consil. 163. num. 9. lib. 2. Ripa in cap. cum. M. Ferr. nu. 115. de constitutionibus ubi inquit, hanc opinionem esse tenendam Rui. in consil. 121. nu. 20. lib. 4. qui dicit illam esse communem.

Ad illud uerò nūc spectat, an in dicto possessorio debeat cognosci de dominio, an nō, & concludimus, quod non, ut iam iam demonstrabimus, tollendo Exceptiones, quæ uidentur ex processu oppositæ. Etenim non obstat, quod cum agatur de restituenda possessione Castri Gouoni, quod ideo, cum sit fortissimum & non possit sine magna impensa temperari, restitutio dictæ possessionis debeat retardari quousque t̄ fuerit super iuribus petitorij cognitum, & decisum, ex Castr. in l. 2. C. de ed. Diui Adr. toll. quoniam per fideiussionem oblatam per Illustrē Marchionem, restitutio possessionis nequaquam uenit retardanda, iuribus & auctoritatibus adductis per præfatos Illustris Dominos cōsiliarios. Accedit etiam ex abondanti, quod cum Illustr. Alphonfus dicat se uasallum respectu totius dicti Finarij prædict. Cæsare. Maesta. & prædicta Illustrissima Respub. præterat quoque

saltem dimidiæ dicti Finarij esse suum uasallum, & sic nāt res petitorij, quo se uelit omnino prædi. Illustri Marchio Respu. utrius dominijs & naturalis possessionis est uerbis, quod propterea non uenit retardanda restitutio dictæ possessionis naturalis, ut satis de se patet non obstant quoque tituli producti per prædicta Illustrissimam Remp. in hoc possess. iudicio quoniā est t̄ clarissim. & apertissimi essent, nō tamen admitti debent in d. remedio. d. capit. reintegranda receptor est Doc. sententia Dec. conf. 17. col. pen. conf. 252. nu. 4. Brun. consil. 19. col. fin. Rub. Alex. conf. 4. Alcía. in l. mulieris. §. definire de verb. signi. Caslad. Decis. prima in tit. de acquir. poss. ubi hanc sententiam sequitur, & refert ita fuisse per Rotam iudicatum.

Minusque nos mouet exceptio allegati Dominij proprii prædictæ Illustrissimæ Reipub. & hoc quoq; casu cōmuniter receptum est, huiusmodi exceptionem quatenus etiam de dicto dominio constaret, non obstat nec impedire quominus spoliatus ante omnia debeat restitui, Alexan. consil. 33. in primo lib. 6. Dec. in d. consil. 17. col. pen. Rip. in cap. sæpe nu. 37. & 50. de restitu. spolia.

Deniq; non obstat quoq; in hoc casu exceptio defectus notorij dominij, seu iuris prædicti Illustris Alphonfi, & quæ quatenus uera esset, in possessorio admitti debet, Alex. cōf. 77. col. pen. lib. 2. Dec. consil. 191. & Soc. Paris. consil. 1. nume. 170. lib. primo docto. in d. §. nihil cōmune, quoniā et si exceptio huiusmodi admitti soleat, tamen illa locum sibi non uendicat, nisi notorie copulatiue constat, de non iure spoliati, & de iure spoliantis l. f. C. de rei uindicat. Corsetus in tract. fallen. ad regulam quòd spoliatus &c. num. 2. Ripa in d. §. nihil commune nu. 35. & 70. ubi Bollo. nu. 25. Soci. in l. rem que nobis, uers. circa nonam. nu. 20. & acq. poss. Dec. d. conf. 191. col. penult. sed de hoc non apparet, ut infra dicemus, ergo in Nec etiam procedit quoties possessio, cum uitio peruenit ad reum conuenit, prout contigit in casu isto, in quo notorissimè constat dictam possessionem dicti Finarij peruenisse, cum magno uitio ad prædictam Illustr. Remp. Soci. in d. l. rem, quæ nobis d. num. 20. quem sequitur Deci. in d. conf. 191.

Respectu uerò petitorij, ut et illud etiā nō omittatur, quo euidentius pateat ipsū Illustr. Alphonsum reintegrari debere ad suam possessionem status Finarij, & omnium eidē ablatorum ab ipsa Illustrissima Respub. Genuenisium, ut infra, & si res admodum difficilis, & in fa-

in facto perplexa existat.

Tenemus tamen statum Finarij ante inuestiturā Imperatoris Maximiliani factā, Alphonso antiquiori de toto Finario, ubi illud non cōprehendatur in inuestituris Imperatorū Federici primi & secūdi, quod nobis ex processu non constat fuisse rem allodialem, excepta tamen dimidia iuris tertie partis, pro qua Aleramus fuit inuestitus ab Imperatore t̄ Carolo Quarto de anno 1385. suo & nomine Emanuelis fratris, Quoniam & si prædictus Aleramus legatus inuestitus suo & nomine antedicti Emanuelis, pro vna tertie parte dicti Finarij, & nomine Georgij patruj pro vna alia tertie parte, tamen cum non constet ex processu prædictos Emanuelē & Georgium, nec eius filios Lazarinum & Carolum, ratificasse dictam inuestiturā, nec tacite nec expr̄sse, imò faciendo compromissum illud potius uideantur dissentisse solus Aleramus & deinde Antonius filius remanet uasallus Imperij, & sola dimidia dictæ tertie partis feudalis, quia non secuta aliqua t̄ ratificatione dictis Georgio & filijs ac Emanueli, nullum fuit acquisitum ius. si ego de nego. gest. Castren. conf. 171. lib. 2. Dec. con. 226. nu. 6. & quæ quidem ratificatio non censetur inducta, quia non constat quod dicti Georgius & filij ac Emanuel scientiā haberint de dicta inuestitura & t̄ ratificatio non inducit ex silentio seu non facta, Castren. conf. 465. col. pen. lib. 1. Ale. cōf. 191. col. 1. lib. 6. Decius consil. 98. ad finem & q̄ excepta dicta dimidia tertie partis, reliquum dicti status Finarij esset allodiale, mouemur quia siue Finarius in concessione Imperatoris Ottonis Aleramo facta comprehendatur dicta cōcessio potius cōsetur donatio, quam feudum, ut latè deducitur ex conf. Gozad. 7. num. 13. & col. seq. num. 16. conf. 8. col. 4. nu. 16. cum sequen. & conf. 10. nume. 1. Soc. luni. conf. 76. col. 9. nume. 42. lib. primo diffusissimè Hieronymus Gratus responso. 9. nu. 94. cum pluribus sequen. lib. pri. quicquid dicat Parisi. in consil. 23. colu. 2. & sequen. lib. 1. siue non comprehendatur etenim communis est conclusio quod in dubio t̄ res non presumuntur feudales, sed allodiales Ioan. And. in cap. fina. de iudic. Curt. luni. consil. 184. nu. 1. cum uulga. etiam si agatur de Marchionatu t̄ quoniam Marchionatus potest haberi titulo donationis seu allodiali, Gozad. d. consil. 8. col. 5. Alcía. in tract. presump. in 2. regula presump. tio. 3. quo casu respectu dictorum bonorū allodialium ualent & tenent illi cōtractus facti cum Illustrissima Respubli. hinc sequitur.

dominium dictorum bonorum allodialium peruentum in dictam Illustr. Remp. per illam inuestituram factam Illustr. Alphonso Seniori per Imperatorem Maximilianum de anno 1456. non potuisse sine t̄ causa tolli, pro ut se habet communis sententia Soc. in l. galus. §. & quid si tamen col. 6. ubi galuola col. fina. de liber. & posthu. Soc. in l. f. C. f. contra ius & Canonistę in cap. qua in ecclesiarij de constit. que conclusio etiā procedit non obstantibus clausulis adiectis in dicta inuestitura Dec. in consil. super eo col. 2. de off. delega. Parisi. consil. 1. nume. 81. & cum sequen. & consil. 11. num. 116. & sequen. lib. 1. Iaf. consil. 93. col. 2. lib. 3. Dicimus tamen, uideri nobis Imperium perscripisse t̄ dominium & iura prædictæ Reipub. ex quibus possessione longissima etiam ultra annos quadraginta, ex deductis in processu Castri in l. fina. col. pen. C. de sacrosan. eccle. Alex. consil. 16. nume. 20. lib. 5. Bal. in tract. præscrip. 3. parte. 5. partis principalis. q. 1. & tanto magis quoniam prædicta Ciuitas Genuenis. tempore dictę inuestituræ Maximiliani & ob id delicta usq; ad annum 1528. modo unum, modalium superiorem recognouit, ut ex Historiographis deprehendimus.

Respectu uerò dictæ partis feudalis, dicimus, & tenemus respectu tantum illius qualiscunq; partiuncule dicti Finarij, quæ comprehenditur in illa tertie parte, de qua fuit inuestitus Illustr. Ioannes. à prædicta Illustrissima Respub. de anno 1451. prædictam Illustr. Remp. perscripisse respectu dictæ partiuncule: tamen habita ratione ad totum statum Finarij dominium illud directum quod Imperium respectu dictæ partis feudalis habebat, & clara ratione nos moueri existimauimus, quoniam uidemus prædictam Illustrissimam Remp. ab anno 1385. usq; ad dictum annum 1451. continuè retinuisse suam ciuilem possessionem directi dominij dimidiæ partis totius status Finarij, & Castri Franchi, quod etiam prædicti Illustr. Cōsiliarij non negant, uidemus sententiam prædictam Illustris Remp. & si de dicto anno 1451. in feudis concesserit prædicto Illustri Ioanni, solū tertiam partem totius dicti status Finarij, & reliquas duas prædictus Illustr. Ioannes dictæ Illustrissimæ Reipub. dimiserit & in dictis duabus partibus promiserit illam non molestare: tamen dictæ partiuncule dictæ partis quæ t̄ feudalis erat dictam suam possessionem ciuilem cōtinuasse nec re illa mistura rei & feudalis & allodialis, quæ in dicta parte continetur

bantur amississe, sed retinuisse. l. rerum mixtura de vsuca. Balbus. in. d. tract. prescrip. in. 3. parte. 6. part. principi. q. 1. in fin. videmus & de niq; dictam civilem possessionem prædictę Illustrissimę Reipub. sic, ut diximus, cõtinuatam retentam de dicto, anno 1451. respectu saltem dictę partiuncule cum in animo consistat fuisse continuatę, non autem amissam vsq; ad mortem prædicti Ioannis, vt patet ex t̄ confessione ipsiusmet Illustris Alphonfi in precibus Maximili. poręctis, vt ex notatis per las. & Dec. in. l. cum te. C. de transact. & succęsiuę dictam possessionem non fuisse interruptam, nisi de anno 1496. quo tempore Illustr. Alphonfus Sen. a prædicto Imperatore Maximiliano inuestitus illa factõ interuertit las. cons. 17. libro primo col. 2. sicq; apparet prædictam Rempub. prescripsisse vltra tēpus centum annorum, quę contra etiam Imperium admittitur iuribus vulgaris. Tenemus tamen Imperium etiam deinde contra dictam Illustrissimam Rempub. prescripsisse, ut supra. Quo ad vtile dominium Illustr. Alphonfi cum videatur nobis Alphonsum Seniorē non habuisse t̄ bonam fidem, tam ex denuntiatione Reipub. sibi facta, anno 1482. quam maxime ex narratis in precibus per ipsum Alphonsum Maximiliano Imperatori oblati ex notatis per Saly. in. l. si fundum. C. de rei vend. Rip. in cap. cum. M. nu. 159. de consit. Balb. de prescriptio. 2. par. 3. part. principalis q. 2. & respectu ipsius Illustr. Alphonfi iunioris non constat de tempore requisito ad prescrip. tionem dicti vtalis dominij, ex dicto processu. dicimus propterea nobis non liquere prescrip. tionem esse decursam contra prædictam Illustr. Rempub.

Quatenus verò attinet ad admisionem capitulorum & ad citationē procuratoris transmissam in sententiam prædictorum Illustrium cõsiliariorũ saluo, quod existimamus ad cautelam procuratorum Illustris Reipub. esse citandum vsq; ad expeditionem causę, ex Abb. & Soc. in cap. accedens. 2. mot. vt lit. non contest. & ex adductis per Soc. in tract. citati. articulo. 5. q. 10. nu. 62. In eo verò articulo, an probata sint extra requisita ex dicto remedio cap. reintegranda, pariter concurrimus in sententiam prædictorum Illustr. consiliariorum, nempe quod Illu. Auriæ & nominē prædicti Illustr. Alphonfi & prædictę Reipub. teneat dictam Calstrum Gouoni.

Postremo quò ad sententiam ferendam per suam Cæsaream Maiestatem tenemus iterandam esse, vt condemnentur prædicta Illu.

stris. Resp. ad reintegrandum prædictum Illustrē Alphonsum ad suam possessionem totius status Finarij & presertim Castrı Gouonij, quę spoliatus fuit a prædicta Illustr. Reipub. & restituendum ablata ac relaxandum depositum, seu sequelstrum, ex parte ipsius Reipub. & ad soluedum omnia damna fructusq; tam perceptos, quam qui percipi potuissent & expensas Illustr. Alphonso, saluis partium iuribus in petitorio, prescrito tamen per prædictum Illustrē Alphonsum idoneo fideiussore de restituendo possessionem dicti Castrı Gouonij, vbi contigerit prædictum Illustris. Alphonsum in iudicio petitorio succumbere, & hæc omnia non obstantibus dictis cõuentiõibus de quibus in processu nostro permissõ factõ inter prædictam Illustr. Rempub. & prædictum Illustr. Alphonsum nullis vt supra.

Et ita nos doctores prædicti Collegij prius inter nos communicato dicto consilio, representantes totum prædictum Collegium, dicimus & putamus lic iuris esse, vt supra & in fi dē præmissorum solito sigillo prædicti Collegij nostri obſignari fecimus, cū prædicti Collegij Cancellarij subscriptione. Dat. Papię die septima Decembris millesimi quingentesimi sexagesimi. Tibi soli Deo opto Maximolau & honor.

Jacobus Maria Ultrabellus publicus sacra imperiali & apostolica auctoritate Notarius & Collegiatus Papię, præfatus venerandi Collegij Magnificorum Dominorum Iuriconsultorum Cancellarius & de eorum mandato subscripsit.

S V M M A R I V M
Q V A R T I R E -
S P O N S I .

- 1 *Ottoboni concessio Alebramo facta an feudalis, vel libera fuit.*
- 2 *Ottoboni Præiilegium Alebramo concessum, quæ consistit.*
- 3 *Concessio facta cum clausula prout iuste & legitime possidet, quæ vim habeat.*
- 4 *Imperator eua decretum dominium rerum Imperij transſerre non possit.*
- 5 *Fidelitatis denominatio feudo conuenire dicitur.*
- 6 *Feudi concessio est gratia & beneficium.*
- 7 *Donationis verbum quando late intelligatur.*
- 8 *Imperator in coronatione iurat, se Imperij iura acturum non diminuturum.*
- 9 *Disueltire verbum quid præferat.*
- 10 *Archionatus titulus feudi censetur.*

Impera

- 11 *Imperatorem voluisse Imperij iura minuire, non præsumitur.*
- 12 *Ottoboni concessio Alebramo facta feudalis fuit.*
- 13 *Præsumitur ex flatu presentis in preteritum.*
- 14 *Interpretatio illa iuratur in dubio, quæ altius ualeat.*
- 15 *Nemo dat, quod non habet.*
- 16 *Vassallus inuestituram intra annum & mensē non petens, feudum perdit.*
- 17 *Feudi dominus, iudex est competens in causa feudi.*
- 18 *Compromissum de re feudali fieri non potest.*
- 19 *Transactio de re feudali in factõ domini fieri non potest.*
- 20 *Alienandi facultas concessa in huiusmodi alienari non possunt regulariter, quomodo intelligatur.*
- 21 *Vassallus etiam cum clausula saluo iure domini, in potentio rem feudam non potest alienare.*
- 22 *Feudum cum licentia alienandi aliquando certis casibus, alienari non potest.*
- 23 *Feudum demonstratur ex prescrito iuramento fidelitatis & suscipit inuestituram.*
- 24 *Res libera, vt feudalis, a superiore recognosci potest.*
- 25 *Inuestitura una alteram declarat & aperit.*
- 26 *Metus iustus, est armorum terror.*
- 27 *Perculcus iura, & amissionis bonum subijcere, quis non tenetur.*
- 28 *Metus non præsumitur interfuisse in contractum.*
- 29 *Consilium animi præsumitur ex enormitate facti.*
- 30 *Dolus præsumitur, si enormis intercessit lapsus.*
- 31 *Metus ad actus subsquentes extenditur, cum eadem metus causa subsistat.*
- 32 *Metus eadem causa an subsistat, iudicio arbitrio relinquuntur.*
- 33 *Clausula ex certa scientia & animo deliberato ex notariorum consuetudine opponi solent.*
- 34 *Clausula sponte ita metu apposta in instrumẽto præsumitur cum contractus per metum est celebratus, sicut ipse contractus.*
- 35 *Imperator ex plenitudine potestatis & ex certa scientia, præiilegia iam concessa reuocare potest.*
- 36 *Præiilegium concessum ob benemerita tolli & reuocari non potest.*
- 37 *Citatio non requiritur quando princeps extraiudicialiter procedit etiam tollendo ius alterius.*
- 38 *Citatio illius non exigitur, quo minus actus celebrari potest.*
- 39 *Notorius defectus proprietatis, possessionem inspicit.*
- 40 *Princeps eum priuare potest sine citatione, quem cognoscit in re ius non habere.*
- 41 *Vassallus feudo priuari potest sine citatione, & ordine iudicario cum de notorio illius defectu constat.*
- 42 *Præiilegiorum substantia sufficit ad demonstrandum quale præiilegium fuerit concessum.*
- 43 *Princeps concedere potest auctoritatem ingrediendi possessionem sine iudicis licentia.*
- 44 *Genus Cuiusdam, a quibus libera censetur.*
- 45 *Imperator in inuestituram terrarum orbem iudicare potest.*
- 46 *Præiilegiorum concessio, subiectionem præcessisse arguitur.*
- 47 *Præiilegium contra concedentem, præiilegio vt non debet.*
- 48 *Libertas & superioritas aduersus imperium, cummulatiue, non priuatiue præsumitur.*

- 49 *Imperij supremę potestas, prescribi non potest.*
- 50 *Verba enuntiatua principis præstant.*
- 51 *Geminatio & reiteratio actus plurimum operatur.*
- 52 *Dictio noster nostra nostrum, dominium arguit.*
- 53 *Appellatio ab imperatoris sententia non conceditur.*
- 54 *Prescribens spatio 30. vel. 40. annorum, plena securitate defenditur.*
- 55 *Malafides antecessoris in factõ arduo, nocet successorı.*
- 56 *Iudicis auctoritate faciens, dolo caret, & in bonafide uersatur.*
- 57 *Bonafides præsumitur in eo, qui iudicis sententia possidet.*
- 58 *Bonafides præsumitur in eo, qui possidet imperatoris auctoritate.*
- 59 *Imperator dei minister in terris dicitur.*
- 60 *Bonafides in dubio præsumitur.*
- 61 *Malafides antecessorum nõ impedit prescrip. tionem inchoatam & perficit a successoris persona.*
- 62 *Præiilegium concessum prescrip. tionem non currit nisi cõtenaria sit, quæ continere debeat vt ualeat.*
- 63 *Instrumẽtum transumptum, & exemplatum vt probet par te citata sumi debuit.*
- 64 *Præiilegium perdit, qui bona concedentis per vim occupat.*
- 65 *Dispositiõ legis. 2. c. l. bene a Zenone de quadrienn. prescrip. fruiuntur, qui a sapientino principe causam habet.*
- 66 *Spoliato restituenda sunt omnia.*

R E S P O N S V M
Q V A R T V M , A V E N E R A N D O
B O N O N I E N S I I U R I S C O N S V L -
T O R U M C O L L E G I O , I N C A U S A F I N A -
R I E N S I R E D D I T U M .

DEI Optimi Maximi implorato præiudicio. Quamuis Sacratissimus Imperator Dominus noster clementissimus, pro summa sua prudentia & grauissimõ eius iudicio, valeat quocumq; legum iuriumq; nodos dissoluere: quandoquidem omnia iura illi pateant habeatq; apud fe cõsiliũ doctissimis eruditissimiq; iureconsultis referatissimõ, ualētibus presentem difficultatem & grauiores etiam decidere. Nihilominus imitatus sententiam Diocletiani et Maxim. Imperatorum in .l. dubium non est .C. de repud. assententium, quòd omnia, quę consilio teste geruntur, iure meritoq; effectu & firmitate nituntur, & alibi legitur quod integrum est iudicium, quod plurimorum sententijs confirmetur c. extra consilium. 64. dist. 1. ca. prudentiam de off. deleg. libuit ceterum profitentium iura consulere, existimans beatitudini imperij sui conducere, si ascito prudentium cõsilio, huiusmodi res graues discussionē indigentes, terminauerit. Nos verò in pro

in proposita questione qualescunque fuerint vires nostrae nostrumque studium, illud totum summa fide ac diligentia, pro indaganda veritate, suae sacraui. Maiest. omnino pollicemur ac spondemus, perfertim, quod suis ad nos datis literis intelligimus, pro ea tantum parte consilium expetere, quae iustitiam foveat. Res sane Caesare & inuicissimum Principe digna.

Accingendo igitur nos proposito muneri & breuitati studendo, ut res patietur, de pluribus disceptandum erit ad dilucidationem illius principalis quaestionis in presenti iudicio uertentis, quae est num illud Marchioni Alphonsio de Carreto, competat remedium cap. re integranda. 3. q. 1. aduersus excessam & illustrem Kempub. Genuensem.

Primo enim dicendum est, an concessio Imperatoris Orthonis Aledrami facta sit feudalis, an uero allodialis & libera. in qua dubitatione, licet apud antiquos & recentiores iurisco. variè certatum sit, vt constat ex his, quae habentur in dictionario Alberici in verbo feudum in. 3. col. vers. item quaero, & in consil. Gozad. 8. & 9. & apud Parisi. consil. 23. lib. 1. & alios plerisque citatos per istos, tamè illam diligenter intuentes, nobis visum est, quod priuilegium t Orthonis duo principaliter contineat. Primo enim narrat qualiter Aledramus ab eo petijt sibi concedi cohortes siue curtes, & abbas quasdam ad Regnum suum tunc spectantes. Subinde petijt, quod confirmaret & corroboraret omnes res suas & proprietates, quae illi aduenerant, tam hereditario iure parètum, quam de acquisitione suo. Imperator autem respondendo petitis, in primis dicit, quod concedit, donat, & largitur dictas cohortes petitas, existentes intra flumè Tanagri & Vlhani, usque ad litus maris, & nomina dictorum locorum (quae multa sūt) ibi exprimit, subitogens, se illud agere intui tu fidelitatis ipsius Aledrami, prout iuste & legaliter potest.

Secundo confirmat & corroborat eidem Aledramo Marchioni omnes res & proprietates suas, quae illi aduenerunt, tam de hereditate parentum, quam de acquisitione sua, per diuersa loca, videlicet in comitatu Acquensationensi, Aftensi, Montsferrati, Taurinensi, Vercelesensi, Palmensi, Cremonensi, Bergomensi, cum omnibus eorum pertinentijs & adiacentijs, & finaliter quicquid dictus Aledramus habet & habebit in Italico Regno, consequenter dictum Marchionatū & omnia bona illi adhaerentia & spectantia confirmat &

corroborat. Hac concessione ita stante, dicimus, quod prima pars huius concessionis sapit donationem, respectu vtilis dominij, tantum, quia non simpliciter donat, sed dicitur prout iuste & legaliter possumus, quae verba veniunt limitatiuè & restrictiuè ad praecedentia iuxta. l. aditro, ibi, pro vt a dicti ppetua monet auctoritas. C. de edendo & in. l. 2. in prin. ibi prout iuris est. C. de his qui latro. occult. si enim Imperator voluisset liberè donare omni respectu, tam vtilis quam directi dominij, non fuisset vsus illis verbis limitatiuis, & quibus paulò infra dicit, ita quod à modo, dominio dicti Aledrami Marchionis subdantur, & in eum transferantur, verificari possunt dicta verba, respectu vtilis dominij praedicti, & hoc modo evitabitur difficultas la doctōrum, qui dubitant, an t Imperator possit à se abdicare directum dominium bonorum spectantium ad Imperium, de qua per Bald. Abb. & Imol. in cap. intellectu de iure iur. Bald. in prohemio feud. vers. expedita libera. B. vsque ad numerum. 33. & consil. 222. col. 4. lib. 3. idè Bald. & Alex. in. l. filio quem pater. ff. de lib. & posth. in fin. princ. Cacialupus in repeti. l. conctos populos num. 10. C. de summa Trin. & fide cath. & in. l. Imperium num. 35. de iurisdic. omnium iudicum & per Imo. & alios in Rubr. de verbo. oblig. nu. 20. 21. & alibi saepe, qui omnes inclinare videntur in partem negatiuam, & haec intelligenti satis suadet ex illis uerbis Orthonis in prohemio dicti priuilegij, dum ait, seita agere, vt annuat honestis petitionibus fidelium suorum, & vt eos promptiores reddat in famulatu suo. quae verba fidelium & famulantium, benè conueniunt vasallij, vt in titulo de for. fidelit. & in titulo, Quod praecedere debeat, fidelitas, vel inuestitura, & per Alua. in titu. quae fuerit prima causa benef. amitt. num. 34. notatur in cap. 1. §. fina. de pace iuramen. firmanda.

Nec omnino destruentur illa verba, donamus & largimur, siquidem concessio feudalij sit gratia & beneficium, & sic donatio quaedam cap. 1. §. 1. ex quibus causis feudum amitt. Bald. in praelud. feud. col. 5. Cur. Sen. consil. 49 col. 17.

Non obstat etiam, quod ibi in dispositione sit mentio de dominio, intelligatur de directo. l. 1. §. qui in perpetuum si ager ve. vel. emph. pet. itè, nec illud, quod verba donationis late sint interpretanda ca. cū dilectus ex. de donat. quia respondetur, illa procedere quoad disponens purè & liberè, quod hic factum non est, sed dictum fuit limitatè, prout iuste & le-

& legaliter possumus. praeterea praedicta procederè, quando disponens, liberè disponere possit, sed cū hic sumus in Impera. qui in eius coronatione iurat, se pro posse non diminuturum iura imperij, sed illa aucturum, ut in dicto cap. intellectos, stricta nempe fieri debet interpretatio, vt dicatur cōtrauenire suo iuramento, nec ei, quod proprium est Imperatoris augere scilicet simbrias Imperij, non autem diminuere, iuxta nota, in prohemio ff. & institutionum.

Quo verò ad secundam partem dicti priuilegij Orthonis in vers. insuper, quae continet cōfirmationem Marchionatus & reliquorum bonorum tenentorum per Aledramum, res dubitationem habere non videtur, quin remanserint feudalia, quoniam Imperator in talibus bonis, nil aliud agit, nisi quod cōfirmat & corroborat res Aledrami, quas habuit iure hereditario, vel de acquisitione suo; & subdit quod nullus eū t disuestire habeat, & sic praesupponit inuestituram. l. decem, de verb. obli. item ibi, si quis obiecerit, quod inuestituram praeteritis temporibus non habuerit, liceat ipsi Aledramo suisque heredibus per hanc nostram licentiam, affirmare vel iuramento declarare, se inuestitum fuisse, ex quibus omnibus patet, quod Imperator non immutat nec alterat feudum: quinimo illud cōfirmat & corroborat. certum est enim, quod Aledramus tunc habebat Marchionatū, quod patet, quia Imperator ipsum Marchionem appellat Clemen. 1. de probat. Quia Marchionatus est titulus feudalis, vt in cap. 1. qui dicitur Dux Comes vel Marchio cap. 1. de feudo Marchiae Bal. consil. 223. lib. 1. Nec credendum est ipsum Imperatorem voluisse feudum tam nobile & antiquum Camerae Imperialis & illius directum dominium a se & Imperio abdicare, quod si facere voluisset, non potuisset, per praedicta alioquin, iudicatus fuisset & iudicaretur vna pecus, secundum Bal. in. d. cap. intellectu num. 5, qui etiam dicit, quod si aliter diceremus sequeretur, quod minueretur p particulas totum Imperium & illud dissolui posset, quod admittendum non est, subdens hūc esse neruum seu nodum indissolubilem, & ait quod Princeps non potest de nouo in feudare ultra modum consuetum aliorum Principū, aliàs diceretur dilapidator, quod benè seruit casui nostro.

Et ita dictam concessionem feudalem esse, firmat Parisi. d. consil. 3. num. 17. non nullis alijs rationibus, quae ibi videri possunt maxime quia descendentes ex Aledramo praesenti-

terunt fidelitatem sequētibz Imperatoribus & sic cōsensu partium declaratum fuit dicti priuilegium totum sonare in viam feudi, non autem donationis, pro quo facit. l. si qui adulterij. C. de adulter. vbi ex t statu presentis praesertim in praeteritum. Ex quibus omnibus firma stabit haec conclusio, primam & secundam partem dicti priuilegij feudalem esse.

Nec quicquam obstat ea verba in dicto priuilegio inserta ibi, habeatque potestatem tenendi, vendendi, comunicandi, alienandi, pro anima iudicandi, & quicquid eorū de creuerit animus facienda, &c. Quia id erit intelligendum respectu vtilis dominij vt concessio valeat. l. quoties de reb. dub. non autem directi, ex defectu potestatis concedentis, vt supra. & tunc erit feudum, non habens propriam naturam feudi, iuxta c. 1. de feud. non hab. propriam naturam feud. Et per haec respondetur ad consil. Gozad. 8. & 9. & sequacium, qui certè non omnia contenta in dicto priuilegio diligenter scrutati sunt, ut per praedicta apparet, & inferius etiā dicitur. firma igitur manente dicta conclusione, quod ea concessio Orthonis feudalis sit, plura sequuntur corollaria, ad rem nostram plurimū conferentia. Primum est, quod dicti. D. de Carreto non poterint trāsferre nisi vile dominium, quod habebant in Genuensibus t per reg. l. traditio de acqui. rer. dom. l. nemo plus iur. ff. de reg. iur.

Secundum, quod Genuenses nō petendo t se inuestiri infra diem & annum, ceciderint ab omni praetensio iure, cap. 1. quae fuerit prima causa benef. ami. And. de Iser. in cap. 1. §. si minori, si de feud. sic. contro. inter dom. & agna. not. in cap. imperialium. ff. praeterea de prohi. feud. alienan. per Fede.

Tertium, quod t Imperator est iudex competens Genuensium ratione bonorum feudaliū, ca. ceterum extra de iud. in cap. nouit. eo. ritu. clemen. pastor. §. denique, vbi Card. not. in princ. & in. 4. quaest. de re iud.

Quartum est, quod praedicti. D. de Carreto compromittere non poterint sine cōsensu domini directi secundum And. de Ise. in cap. 1. §. 1. sub num. 3. vers. hodie putamus non compromitti, de feudo de leg. Cora. Abbas in cap. cum tempore, col. 2. num. 3. de arbit. Roma. in. l. 1. §. & post operis de no. op. nunc. qui dicit quod transactio & arbitramētū nō equiparatur, iuribus allegatis per ipsū, sed vasallus t sine cōsensu domini non trahit sigt. cap. 1. de contro. feu. inter dom. & vasal. & cap. si vasallus, si de feud. sic. contro. inter

do. & vassa. ergo non compromittit. in quam sententiam venit etiam Mattheus de Affli. in ca. 1. §. si vassal. in titulo ius si de feu. fue. contro. inter domin. & agna. dum dicit illum textum esse correctum, idem firmavit Iacob. de sancto Georg. in tract. feudorum in verbo & cum pacto de non alienan. nu. 10. distinguens inter arbitrium & arbitratorem, ut ibi per ipsum. Nec dicitur, quod ex quo data fuit potestas alienandi dictis Dominis de Carretto, videatur etiam data licentia compromittendi &c. Quia respondetur, quod per hanc licentiam vendendi & alienandi, intelligitur quod possit alienare iuxta naturam contractus feudi, per ea, quae voluit Signorolus de Homed. cons. x. in quaest. vertente nu. 3. & Spec. in titu. de locato. §. nunc aliqua nu. 17. vers. 94. vbi ex mente Iacobi & Bart. firmat, quod si in contractu emphyteotico sit concessa licentia Emphyteosim vendendi & alienandi, tamen intelligitur requisito domino secundum naturam contractus, & quamuis illa opinio Spec. habeat aliquos contradictores, ut per Ias. in l. 2. sub num. 4. C. de iure emphyteot. tamen illam veram omnino putamus, quando t feudatarius seu emphyteota alienaret in potentiore se, ut in casu nostro contingit l. 1. & 2. C. ne lice. parent. notatur in cap. 1. §. beneficium vbi Afflictus, si de feudo defuncti contentio sit, Spec. in titu. de feud. §. quoniam super homagij num. 63. Vel quando de uentum esset ad translationem possessionis sine scientia domini, quam Genouenses in casu nostro asserunt interuenisse, vel quando per dominum in feudatem reseruata sibi fuerit superioritas, ut hic, vbi Imperator Ottho prohibet, quod nullus Dux, Marchio, Comes, vel Iudex, valeat Aledramum, nec eius heredes quouis modo molestare super dictis bonis, sub poena &c. quasi dixerit se solum iudicem super his esse velle. Quae superioritas clarius reseruatur in inuestituris Fed. 1. Fe. 2. & Caroli Quarti, vt inferius dicitur. Quorum trium supradictorum, si vnum interueniat, vassallus i feudum alienare non potest, sine consensu domini, etiam quod per prius simpliciter data fuisset licentia alienandi. ita aperte dicit Aretin. cons. 14. viso col. secunda Paulus Castren. consil. 179. nume. 2. libro primo secundum nouam impress. Alexander consil. 2. in causa colum. fin. lib. 3. Mathe. de Affli. in cap. 1. §. feudum ea lege datum, si de feudo fuerit controuerfa inter dom. & agna. nu. 31. ex mente & Imol. in cap. potuit de loc. nu. 64. qui citat Spe. & Iq. And.

20

21

22

sic uelle: sed in casu nostro, alienatio facta est in potentiorē id est in populum Genouen. longe potētiore istis de Carretto, & nunquam intermoriturum. l. proponatur. ff. de iudi. item Genouenses asserunt in se traslatam fuisse possess. ciuilem vsupra, fuit quoque reseruatā superioritas, ut sup. docuimus, & inferius etiam dicitur, ergo sine expressa scientia & licentia Imperatoris dictum feudum in alios transferri non potuit, alias sequeretur, quod dominus haberet inuitus vassallū, quem forte habere noluisse cap. 1. in fin. de frat. de no. benef. in uel.

Secundo principaliter dicitur, quod dato, & non concessio, quod dicta concessio fuerit in omnibus eius punctis mera donatio, quod tamen uerum non putamus, per predicta, ex quo ipsimet Carretti adierunt Imperatores Fed. 1. & Fed. 2. & Carolum Quartum antequam se immitteret cum Genouensibus, & ab ipsis Imperatoribus iteratis vicibus petierint inuestituram & agnouerint illos in dominos directos, & praesertim iuramentum ligium, & seruauerint ea omnia, quae obseruantur in ordinarijs & proprijs inuestituris feudorum, ut apparet ex dictis inuestituris, & etiam praesumendum est in alijs inuestituris idem interuenisse propter temporis longinquitatem, iuxta not. in l. sciendum, de verborum oblig. cum similibus. certe non uideamus, cur bona haec feudalia esse non dicantur per ea, quae dicit Spec. in tit. de feud. §. 2. vers. 5. & ibi Bal. in appost. vbi uolunt quod si quis recognoscat res suas patrimoniales ab aliquo in feudum, constituitur feudum, idem uoluit Bal. & Aluar. in cap. 1. per quos fiat inuestitura & in cap. 1. §. ex eadem in. 3. colu. de leg. Contra. & hanc dicit communem opinionem esse Curt. in tract. de feud. in 4. q. 2. par. prin. sub num. 12. vers. tamen in iudican. Iacobi de sancto Geor. in tract. de homag. nu. x. faciunt notata p Saly. in l. qui re in fin. col. C. locati.

23

24

25

Tertio considerauimus, quod gesta per istos de Carretto cum dominis Genouensibus non obstabant, quia uolenta & per metum extorta fuere, ut uideret in scripturis productis pro parte dictorum Genouensium, maxime in illa continente compromissum, quae habetur in processu fol. 279. vbi dicitur, quod partes praedictae uolentes sedare discordias guerras & scādala &c. item ibi casu presenti & uoluntate trium officialium consiliatorum super consule seruitijs dictae guerrae. item ibi de omnibus guerris discordijs controuersijs & questionibus ortis, & super omnibus & singulis iniurijs in cendijs damnis homicidijs & quibuscunq; offensionibus, realibus & personalibus factis inter partes: nec non inuasionibus & occupationibus terrarum locorum & castroium, compromittunt in duces Genouae Dominum Antonium Adurnum &c. item in alia scriptura existēte in processu fol. 350. ibi, illato publico bello per comune Genouae &c. item ibi Burgo Finarij & Castro Genouij iussu praedicti Illust. Domini tunc Ducis & excelsi communis Genouae & igne & ferro direptis funditusq; euerfis; ex quibus scriptis & alijs productis per dictos Genouenses existentibus in processu constat, quod dicti de Carretto fuerunt pluries, uolenter & de facto uexati a dictis Genouensibus, & coacti sic transigere, prout nouissimē contigit moder. no Marchioni Alphonso, qui ui et armis coactus est exire e Castro Finarij & deserere totum Marchionatum, ut in processu constat. Quare, quod uis metusq; causa gestum est ratum non habet Praetor cap. 1. ff. quod metus causa. l. nihil consensui & ibi moder. late. ff. de reg. iuris cap. super hoc de remon. doct. in l. interpositas. C. de transact. Alex. in consil. 98. num. 3. & 4. lib. 3. vbi dicit, quod iustus metus est terror armorum. l. 3. §. si quis aut uis. ff. de ui & vi armata & alibi gloss. in cap. bona il primo, in verbo metu erat de electio. dicebat, quod solus timor uolentiae inferentis iustus metus ad infringendam electionem tamq; metu factam, quod impressio non fuerit secuta, neq; cominata, sed sufficit quod subsit causa propter quam debeamus timere futuram uolentiam impressionem, ut ad hoc dicitur quis iuste timuisse, licet in ueritate impressio non fuerit secuta, neq; etiā consummata, quia nō debet quis se subicere i periculis uitae uel amissionis bonorum, secundum Inn. in ca. cum a nobis olim in gl. in ver. nulla, de electione quae refert et sequitur Ale. in d. conf. 98. nu. 7. & 4. l. 3. Par. consil. 137. nu. 17. cum seq. li. 4. sed in ca.

Tertio

su nostro non solum interuenit apparatus armorum, sed etiam deuentum fuit ad uolentiam & ad executionem ut ex praed. supra rellatis apparet, ergo acta cum Genouen. substantiam habere non debent. Confirmantur praed. ex eo, quod uoluit Bal. in l. decernimus nu. 6. C. de lae ro. eccle. vbi dicit, quod contrahens cum potente, praesumitur dolo inductus quando enormiter leditur, similiter metus praesumitur, data enormi laesione cap. cum dilectus & ibi Inn. quod met. cau. Bal. in ca. 1. §. item sacra. nu. 8. de pace iur. fir. t subdens, q ex enormitate facti, praesumitur consilium animi, allegat Bar. in l. fin. de praetorij stipulat. in fin. dum uult, quod arbitrator praesumatur esse in dolo, si enormiter laedat partem, late Paris. conf. 139. nu. 67. cum seq. lib. 4. & consil. 60. col. 2. & 3. eod. lib. 4. qui citat conf. Bal. 20. 4. in fin. lib. 3. dicens quod lex ciuili habet illud pro pbato, cuius contrarium non est credibile, nec possit persuadere alicui bono uiro, ad cuius arbitrium haec rediguntur, sed ex qualitate dicti laudi, & personarum & alijs inde secutis, colat dictos Dominos de Carretto, enormissimē laesos fuisse, ergo Genouenses fuerunt in malafide per ea, quae ponit Curt. in tract. de feud. in 4. parte vers. 7. in fin. consequitur nullo tempore praescribere poterunt, ut in regula malae fidei de reg. iur. in 6. Nec dicitur metum fuisse purgatum, ex his quae postea acta fuerunt per dictos de Carretto, quia semper uiguit eadem causa metus, uide delicta potentia, diuitiae, & maioritas dictorum Genouensium propinquorum & adherentium statui dictorum de Carretto, quem Genouenses met asserunt esse in uisceribus suis, quo fit ut talis t metus extensus dicatur ad sequentiam & longo interuallo interuenientia, l. finalis sine. C. quod metus causa Bar. in l. penult. ff. de conditione ob turpem causam idem Bartolus & Baldus in l. ad uindictam. C. quod metus causa, ubi dicunt, quod si probatum sit, metum fuisse illatum, semper praesumitur durare subsistente eadem causa, id uoluit Bartolus & Iason in l. qui in aliena. §. Celsus nu. 9. de acquirere heredi. & huiusmodi causa t metus arbitrio iudicis & superioris terminanda est, ut sup. ca. cum dilectus ubi doc. extra quod met. cau. Cald. consil. 1. q. met. cau. Nec dicitur quod contritus facti per dominos de Carretto habeant in se clausulas ex certa scientia animo deliberato nō ui, non dolo, uel metu inducti, &c. quia primo dici posset, qd istae clausulae apponuntur ex consuetudine;

29

30

31

32

33

34

N ij Notariorum,



Notariorum, quae parum operatur secundum Bar.in.l.1.q.6.de iure.codi.Barba. consil.38.col.10.lib.1.adducens Abba. & alios in capit. quintuallis de iure iur. Dec. consil.188. col. penult.

35 Secundo, & melius respondetur, quod cum ista clausula fuerit inserta in contractu meticoloso, qua ratione non tenet contraclus, sic quoque clausula, ut accessoriae, eodem iure laborant, per ea, quae uoluit Bar. in l. fi. C. ad Velle. & in l. fi. ex cautione in pri. lectu. circa fin. C. de non num. pecu.

Quarto principaliter dicitur, quod Imp. Maximilianus sub anno. 1496. habens notitiam eorum omnium, quae de facto egissent domini Genuen. contra uasallos Imperij super rebus, & bonis feudalibus spectantibus ad Ro. Imp. huiusmodi alienationes, & adulterinas infeudationes, cassauit irritauit, & annullauit, motu proprio, ex certa scientia ac de plenitudine potestatis, etiam absoluta, ac alias omni meliori modo, iure, uia, & causa, &c. asserens se plenissime informatum de his, quae retroactis temporibus gesta fuerunt super dictis bonis, in praedictum Romani Imperij, per quae uerba

36 haec & clausulas pregnantes, dubium non est, quin ipse subuertere uoluerit & potuerit omnia, & quaecumque acta inter dictos Genuen. & dictos de Carretto, per ea, quae late deducit Dec. consil.191. in causa col.2. qui consuluit super duabus donationibus factis a diuersis superioribus, & concludit propter uim dictarum clausularum derogatam censeri primam donationi, quo ad proprietatem et possessionem, allegando multas auctoritates, de quarum clausularum efficacia ac uirtute, plura scribit Rui. consil.21. num. 17. lib. 1. & latius Paris. consil. 1. lib. 4. per totum. Cofirmatur praedicta ex eo, quod dicta annullatio & subsequens inuestitura, facta fuit a Maximiliano ob benemerita, fidem, & deuotionem Alphonfi aui erga Rom. Imp. in processu fol. 220. Afferit quoque Carolus quintus, gratificari uelle d. Alphonso moderno, & illum de dictis bonis ita

37 Quae cum ita sint & nihil est, quod annullare possit dicta infeudatione secum. Bal. in proce. Decret. col. 4. idem Bal. in praed. feud. col. 9. uers. sed pauca de Principe, dicamus maxime cum Imp. Maximilianus dicat, se plenissime informatum de dictis alienationibus, sine

eius consensu factis, sed temere & de facto, & propterea dicta bona ueluti alienata in suo domino directo, confiscat, & declarat deuoluta fuisse ad Romanum Imp. & sedendo pro tribunali sic pronuntiauit & declarauit ipse Maximil. ut in processu folio 222. & successiue Alphonsum auium praesentis moderni Alphonfi, inuestiuit & infeudauit de bonis, quibus de facto Carretti antecessores sui spoliati fuerant, & de nouo illa sibi in feudum nobile concedit, cum alijs pregnantissimis clausulis. Et hoc idem postea bis egit Carolus V. infeudando prius Ioannem patrem de dicto anno 1529. in ciuitate Genuae. postea de anno 1536. in eadem ciuitate inuestiendo modernum Alphonsum cum approbatione auctoritate & inuolutione, quatenus opus esset dictae concessionis Maximiliani, insertae in priuilegio dicti Caroli quinti.

38 Quare concludendo omnino existimauimus, tales inuesturas diuersis temporibus concessas, ab anno 1496. circa iuribus subsistere & plenam robur habere nec opus fuisse Genuen. citare in huiusmodi declaratione extrajudicialiter, ut dicit Rom. consil. 364. circa primum in quinto dubio in fine: ubi inquit, quando Princeps aucterius alterius per uiam extrajudicalem, non est illius necessaria citatio, per iura allegata per ipsum, quauis in casu nostro non auferata Genuen. aliquid de suo sed solum disponit Imperator de rebus feudalibus, de quibus Ortho Fede. primus. Feder. 2. & Carolus Quartus alias disposuerunt & propterea citandi non erant, quibus inuicis & ignoratibus actus expediri potuit l. 4. §. illud de fide. com. liber. l. qui potest de reg. iu. Alexi consil. 2. uis codic. nu. 47. lib. 1. dicens, quod quando apparet principem alicui uelle prauidicare, non oportere illum citare, ex quo actus illo inuito fieri potest, & plura ad hanc rem expendit Dec. d. consil. 191. num. 7. 8. & consil. 274. in fin. faciunt not. per Abb. in cap. quia clerici num. 4. de iure patro.

39 Praeterea, cum ex iam deductis notorie constat Maximi. de defectu proprietatis Genuae, illos potuit sine citatione & causae cognitione praetense iure & praetensa possessione ciuili priuare, & alteri concedere, quia notorius defectus proprietatis inficit possessionem, & impedit illam restitui, ut dicit Alexand. in l. naturaliter. §. nihil comune col. 12. uers. 10. fallit de acq. poss. & ibi moder. omnes not. in cap. cum olim de re iud. & dicit Abb. in d. cap. quia clerici, quod si clericus notorie ecclesiam teneat inuictis, non est necesse quod

40 episcopus illum citet in iudicio, sed potest de facto illum spoliare Gozad. late d. consilio 9. nu. 61. loquens praesens in terminis nostris. notorietas uero patuit Maximiliano & postea Carolo quinto per sepe dictas quattuor inuesturas dictorum Imperatorum in priuilegio Maximiliani iuxta not. per Abba. in d. ca. cum olim. Ad praedicta facit consil. Baldi 17. factum sic praesupponitur. col. fi. li. quinto, ubi loquitur in inferiore a Principe & dicit, quod si ei constet alicuius ius non habere, sine citatione potest illum priuare, multo ergo magis id concedendum erit in Imperatore, & hoc idem firmavit Dec. d. consil. 191. col. 3. ad finem, etiam quod uoluit Bal. in ca. 2. de feud. sine culpa non amittit. & consilio 141. Thema huiusmodi col. 2. li. 2. ubi dicitur, quod quando delictum uasalli est notorium, potest princeps feudum alteri concedere sine causae cognitione, qui non arctatur ad obseruantiam ordinis iudicialis, idem Bal. in ca. si de inue. inter dominum & uasallos lis oriatu nu. 11.

41 Nec dici potest, non sufficit constare de dictis inuesturis dictorum imperatorum antiquorum, cum integre non exhibetur priuilegia, quia dicitur sufficere, quod substantia priuilegiorum praedictorum fuerit expressa in priuilegio Maxim. & Caroli Quinti. l. 1. & ibi Alber. not. C. de Episco. & cleri. Rui. consil. 31. nu. 7. lib. 1. cum ergo ex praemissis pateat, bona feudalibus per Carrettos transferri non potuisse in Dominos Genuenses, potuit Maxim. declarare ipsos de Carretto cecidisse a iure feudali, ex quo alienarunt in consilio Caesare, dictaque bona applicare cameris imperiali, & postea eisdem de Carretto ex benignitate & liberalitate Caesarea infeudare, praesertim, quod dictae alienationes non fuerint voluntariae, sed uolentiae & coactae ut supra, pariterque potuit concedere facultatem apprehendi possessionem dictorum honorum propria auctoritate, prout sibi Imperatori competeat, secundum Bart. in l. 1. §. usus fructus de oper. noui nunc. Dec. in terminis nostris consil. 191. num. 9. col. fin. Nec obstat, quod Imperator iudicauerit in causa propria, quia id facere pot. Bar. in l. 1. C. ne quis in sua causa per l. & hoc Tiberius, de hered. institud. in l. proxime, de his que in te. delentur Abb. & Dec. in ca. cum uenissent, de iud. Et si replicaretur, illud procedere duntaxat inter subditos. Ciuitas uero Genuae libera uidetur a subiectione Imperia. ergo &c. ut per Hostien. & Abb. in cap. nouit col. 11. de iudic. quos sequitur Felyn. in d. cap. cum uenissent

41
42
43
44
45
46

col. pen. uers. limita. pri. per Alex. & Iaf. in l. est receptum de iu. om. iu. post prin. respodere-tur, quod dato, quod Genua fruatur libertate, illud quidem contingit ex priuilegio Caroli. V. & aliorum antiquorum Imperatorum, quorum priuilegia si uideantur, arguunt Genuae subiectionem, quia ibi dicitur, saluis iuribus Imperij, & quatenus non diceretur, sic intelligi debet & Imperator quoad iurisdictionem, habet fundatam intentionem suam in uno quoque loco, ita Alexan. consil. 87. accuratis in fi. lib. 6. Martini Laudensis in tracta. de princ. not. 183. in cip. ius comune Bal. in rubri. Codicis, col. 2. cum multis alijs auctoritatibus, quae facile adduci possent. Qualitas enim ista priuilegium concedere, manifeste arguit eorum subiectionem & ius commune in ceteris esse in contrarium. Ius singulare de legi. & in diuiduo quod priuilegium concedere, sit dignum superioritatis, uoluit Ioannes de Lignano in cap. quod clericis, de foro compet. quem ad hoc citat Riminal. consil. 268. num. 41. lib. 2. praeterea dicta Ciuitas non debet uti talis priuilegio contra Imperatorem. l. amicis finos, de administru. not. in l. sed & milites §. 1. de excusat. tur. doct. Bar. in l. si iudex cir conuento. ff. de min. ubi etiam Bal.

47
48
49
50
51 Item dicitur, quod licet ipsa pretendat se liberam, & asserat praescriptis libertatem, illud quidem esset intelligendum in cumulatione non autem abdicatiue, per ea quae ponit Ang. in l. haec autem in fin. de seruit. urban. praed. cuius opin. sequitur Iaf. in l. Imperium, nu. 20. uers. limita. hanc conclusionem & ibi Caialopus num. 43. & modern. num. 127. de iu. omn. iud. idem Caialopus in l. 1. C. de summa Trin. & fide catho. num. 12. Dec. consil. 307 num. 2. Bart. Soci. consil. 225. col. 3. circa med. lib. 2. dicens quod secundum magis communem opin. Doctissimorum uirorum & Suprema potestas Imperatoris, praescribi non potest, quominus quis habeat ipsum in dominum & superiorem, & respondet his, quae in contrarium adduci possunt: Quae opinio, quoad ciuitatem Genuae, procul dubio uersissima est, quando quidem in priuilegio Caroli Quinti concessio Genuensibus, dicitur ciuitas nostra Genuae cameris nostrae Imperialis, item in priuilegio in feud. concessio Ioanni, patri praesentis Marchionis dicitur, datum in Ciuitate nostra Genuae, quod concessum fuit sub anno 1529. similiter in alio priuilegio concessio moderno Marchioni Alphonso, sub anno 1536. dicitur, Datum in Ciuitate nostra Genuae, ex quibus iteratis uersis, ciuitas

zīs nostrā coram prolatis in presentia multorum Heroum & in scripturam redactis, apparet, quod Ciuitas Genarū subiacet Roma Imperio, saltem quoad recognitionem uerbis Imperatoris standum est, etiam quod tenentia eundem emissa fuerint. d. Clem. 1. de prob. praeferunt, cū iterata sint, Clem. 1. in verbo Dio cesanis de iur. patron. Dec. in terminis uerborum geminatorum per Imperatorem, quod talis iteratio plurimum operetur, ponit in consi. 383. nu. 17. verbo accedit. His addendum est, quod priuilegium obtentū libertatis à Carolo Quinto per dominos Genuenses, fuit productum coram presente Imperatore, quo fit, ut ipsi cōtenta in eo approbare dicantur, l. cum pecunia. C. de liber. cau. Alex. in l. 1. §. editiones nume. 19. de eden. cum simili. ergo cōstat Genuam fuisse Imperatori, quia pro nomen illud noster nostra arguit dominium & superioritatem. l. id quod nostrum de reg. iur. §. item ea inst. de rerum diu. merito cessat ea replicatio, quae ex aduerso fiebat dum dicebatur, Genuam dici nostram, id est Imperij iure fœderis & amicitiae, quia impropria nris foret loquutio, & quando proprie uerba sumi possunt, cessat improprietas. l. non aliter de leg. 3. cum uulga. item habita ratione proferentis & in quem proferuntur, debemus intelligere nostram eam Ciuitatem esse, ut esse debet, id est Imperatoris, ut in ca. 1. §. firmiter de prob. seu. alie. Feder. vbi de Germania, & Italia, quae praecipue subsunt Imperio. Stante igitur ista superioritate & dominatione, quam habet Imperator in Genuenses, optimo iure potuit ipse Maximus, ius dicere in sua causa, per ea quae supra diximus, & cognoscere de ista controversia feudali pronuntians super ea, ut fecit cui sententia standum fuit & est, nec ab ea reclamare licuit. l. 1. ff. à quibus appell. non licet, quo fit, ut dicti Domini de Carretto dicantur legitimi feudatarii Cesaris, & quatenus iuribus suis aliquid deesset (quod tamen admittendum non est) per praedicta, dicimus dictas inuestituras Maximus & Caroli tertiū prescriptione. 30. 40. & plurium annorum communiter fuisse, quod, ipsi plena securitate frui possunt, iuxta textum in cap. 1. §. quidam obligauerat vbi Bal. nu. 1. de feu. da. in u. le. comif. cap. 1. §. si quis per triginta annos si de feu. fuerit. contr. inter domin. & agna.

Nec huius prescriptionis obstat allegata mala fides per Dominos Genuenses, contra istos de Carretto, ex eo quod contrauenerint con-

tractibus per se factis cum dictis Genen. & iuratis etc. quae malafides, insequitur successores, quando sumus in facto arduo, puta in occupatione alicuius feudi dignitatis, ut in casu nostro secundum Abb. consi. 3. nitar. in presenti col. 24. versu. 16. lib. 2. quem refert Felin. in cap. si diligenti col. 2. de praescriptio. facit. l. vitia possessionum. C. de acq. possessio. Quoniam ad hoc respondetur, quod in istis Dominis de Carretto, nullo modo potest considerari mala fides, stantibus uolentibus & metu supra consideratis, quae consensui aduersantur. d. l. nihil consensui de reg. iur.

Præterea, quod fit iudicis auctoritate, non dicitur dolo nec mala fide fieri, in l. non uidentur data. §. qui iniussu. ff. de reg. iur. & in reg. quod quis mandato de reg. iur. in. 61. iuste possidet. ff. de acquir. possessio. & sic bona fides praesumitur, ex sententia, vel facto iudicis, quantum magis ea praesumitur ex presentia

tertia & facto Imperatoris, qui supremus est omnium superiorum, fecit dum Bald. in l. pen. in prin. C. de bon. quae libe. & gerit vices Dei in terris in temporalibus, secundum Bald. in l. 1. C. de iure aurocorum annulorum col. secundum, sub littera. B. & cor eius in manu dei est, & tunc eius est minister, Epistola inter claras.

C. de summa Trinitate & fide catholica, ubi Bal. in. 6. not. quo fit, ut dicatur praebuisse iustam causam mediantibus suis inuestituris, in ducendi bonam fidem, secundum Bald. in l. 1. C. de fur. nu. 23. qui dicit quod auctoritas superioris inducit bonam fidem, alleg. tex. in l. & generaliter. ff. de uoxal. quem citat Marti. Laudensis in tract. de princip. in. 283. q. Accedit ad praedicta diuturnitas tanti temporis, quae operantur quod bona fides praesumatur, etiam si non appareat aliquis titulus, ut late deducit Soci. consil. 83. col. 2. versu. non expedit praeterea dicitur, quod dato, & nullo modo concesso, quod ante cessores Alphonso aui huius

Marchionis, fuissent in mala fide, tamen ex quo ipse habuit nouum utulum à Maximus in eo potuit inchoari praescriptio, & postea perfici à filio & nepote, secundum Iaf. in l. Pomponius. §. cum quis sub num. 20. versu. limita. dupliciter, de acquir. possessio. qui plures ad hoc citat, ut ibi uidere est, quibus addendus est Balbus in tract. de praescriptio. in. 12. q. 2. par. 3. part. princip.

Stante igitur ista lōgeua Carretorum possessione, habente ortum ab Imperatore, dubium non est, ipsum & Carretos hoc ius feudale praescribere potuisse. Quibus non obstat assertum priuilegium Henrici Imperatoris

ratoris, qui dicitur priuilegiasse Genuenses, ut contra eos non curreret nisi ceteraria praescriptio, quia replicatur, quod praescriptio. 30. vel. 40. annorum tolli non potest, nisi in priuilegio adit clausula, Nō obstat, uel ex certa scientia, uel de plenitudine potestatis, ut per Doct. in Auth. quas actiones. C. de sacrosan. ecclesi. Aret. in consil. 15. in secundo dub. quare clausularum mentio, non habetur in transumpto, quod a Genuensibus exhibitum est ergo &c. Secundo illud transumptum nō fuit integrè sumptum, nec modo, quo debuerat, uidelicet auctoritate iudiciali & parte legitime citata, ergo non probat Auth. si quis in aliquo documento. C. de edendo. Tertio dicitur, quod d. Genuenses, ex occupatione uolentibus, directione, & destructione bonorum spectantium ad imperatorem, & etiam ex occasione uassallorum ipsius Cesaris, uidentur indignos se fecisse, dicto asserto priuilegio Henrici, & alijs, quibus decorati sunt ex text. in cap. dilecti extra de priuilegio. §. quod si delinquentes, ibi, non permittas aliquibus priuilegijs uti, in authentica de mand. principi.

Quarto, domini de Carretto, habuerunt causam ab imperatoribus, in tantum, ut illorum causa sit iuncta & cōnexa, cum causa imperatorum centenaria praescriptione, cum non utatur priuilegio contra cōcedentem illud, iuris praallegati, pariter allegari non poterit contra successum & habet causam ab imperatore, per reg. l. si eis. §. qui iniur. ff. si quis caut. alias enim per indirectum offenditur ius Cesaris, quo minus praescriptione uassallum sibi acquirere possit, cum quo Cesa re Genuens. uti habent solum iure cōmuni.

l. 2. C. de priuilegio. ff. Pro Carretis t. etiam, facit tex. l. 2. C. de quadrienn. praescrip. vbi, qui habet causam a fisco modo quoque, qui ex cogitari possit, perpetuo est tutus, praeterito autem domino regressus solum modo conceditur usque ad quadriennium. Et quod dicitur de habente causam a fisco, idem est in habente causam ab Augusto. l. bene a Zenone. C. eo vbi est casus, ergo post quadriennium non licuit Genuens. molestare dictos de Carretto, habentes iam multis annis elapsis causam ab imperatoribus, consequenter ex praemissis concludendum est dominos Carretos, si quid supererant, quod praescribi possent optimo iure ex dicta longeva possessione titulata praescripsisse, & dominium utile extare penes ipsos, & propterea non obstat allegatam notorietatem dominij per Genuens. quoniam illud nō est modo aliquo penes illos, sed bene est apud

Caretos, id est presentem Marchionem, & quatenus obstinate ueritatem fateri nolint, saltem negare non possent, quin praeterea sua iura, ex dictis inuestituris & longeuā Carretorum possessione, obfuscatā intenebrataque fuerint, cōsequenter dicto Marchioni omnia ui ablata & occupata & postea sequestrata restitui & relaxari debent. d. cap. reintegr. 3. q. 1. cap. in literis cap. sepe, de restitutione spoliatorum, uel ut illi, qui meliora & potiora iure habet, iuxta Doct. Bartol. in l. si oleum. ff. de dol. & in l. si fideiuss. §. si na. ff. qui satisd. cog. non obstantibus ex aduerso adductis, quibus probè & legaliter respōsum fuit per Excelle. Dominos cōsiliarios Atlicos Sacrae Caesaris Maiestatis, quorum dicta per nos diligenter iussit ac mature considerata, confirmamus & approbamus, uel ut iustitiae & equitati consentanea. Quare arbitramur partes sacratissimi imperatoris esse in pronuntians ad fauorem dicti Marchionis, saniori tamen iudicio semper saluo. Laus Deo.

VT supra conclusum consultum & publicatum et iuris esse dixerunt & affirmauerunt Magnifici Equites & Comites ac Excellentissimi & famosissimi iuriconsulti Sacrorum Collegiorum Pōtificij & Cesaris iuris almi & antiquissimi Gymnasij Doctōrum Ciuitatis Bononiae Studiorum matris maturo cōsilio & equitate, prauijs, D. Doctōrum allegationibus, in eorum sacro uenerandoq; cœtu, summopere habitis, prout sic ego Marcus Achilinus quoniam Ioannis filius Bonon. Ciuis, apostolicus imperialis cōmunis que Bononien. not. publicus eorumdem Excellent. D. Doctōrum secretarius, & scriba, de mandato Magnifici Equitis & Com. ac Excellen. I. V. Doc. Domini. Io. Ludouici Bouii, dignissimi Prioris sacri Collegij Pontificij iuris praedicti. Nec non & Magnifici Equitis & Comitatus ac Excellentissimi legum doctōris. D. Alberti Beroi, meritisissimi Prioris Sacri Collegij iuris Cesaris praedicti, rogatus et requisitus, eandem consultationem in hanc publicam & authenticam formam redigi feci, sigillisque eorumdem Collegiorum, in similibus solitis munitis, & in praemissorum fidem, hic me cum signo & nomine meis solitis subscripsi, sub anno a Natiuitate domini nostri Iesu Christi milleesimo quingentesimo sexagesimo, iudicium tertio, die uero uigesima prima mensis Decembris, Pōtificatus sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri. D. Pii, diuina prouidentia, Papae quarti anno primo.

S V M M A R I V M R E S P O N S V M Q V I N T I R E - Q V I N T V M A S P O N S I . V E N E R A N D O

Patuino iurifconsultorum
Collegio in causa Finariensi redditum.

- 1 Imperator iudex est competens contra Genuenses.
- 2 Marchio Finarij imperio subijctur.
- 3 Imperator concedendo, & donando loca imperij, supremam iurisdictionem servare presumitur.
- 4 Iudicis iurisdictionem prorogasse, ex multis actio presumitur.
- 5 Index procedens ad ulteriora, oppositas exceptiones rejicere censetur.
- 6 Protestatio contraria facto, nihil operatur.
- 7 Privilegia a Evidrico Genuensibus concessa, quam habeat interpretacionem.
- 8 Imperialis Camera, qua intelligatur.
- 9 Clausula salus iure imperij, quid operetur.
- 10 Libertatis concessio ab Imperatore facta, non liberat prius neglectam a superioritate Imperij.
- 11 Donata pro re & successoribus, non possunt alienari in praesentium iudicium successorum.
- 12 Reintegranda iudicium, qua exigat extrema.
- 13 Vis expulsiua, quomodo in spoliatione dicatur intervenisse.
- 14 Reintegranda remedia restituitur per vim compulsivam spoliatum.
- 15 Spoliatus proprio facto in non dicitur, qui metu adhibito spoliatum fuit.
- 16 Castrum sui natura expugnabile, est ante omnia restitutum spoliatum, ex remedio reintegranda.
- 17 Spoliatus castro manifestissimo, si offerat cautionem se illud restitutum si in iudicio petitorio succumbet, ante omnia est restituendus.
- 18 Exceptio domini, non impedit spoliatum ante omnia restitui.
- 19 Compromissum de re Imperatoris eo inscio non valet.
- 20 Alienandi facultas concessa donatario vel usufructu, non transeat ad successores.
- 21 Spoliatus non impeditur restitui per criminis obiectionem.
- 22 Feudum, quo ob delictum primatur usufructus, ad dominum directum revertitur.
- 23 Capitula rejicienda sunt, cum factum notorie falsum continent.
- 24 Capitula rejicienda sunt, cum continent, qua probata ad causam non conferent.

CVM Mandatorum fines diligenter & ad unguem sit obseruandi, praesertim eorum, qui ab ore Caesaris procedunt Maiestatis: cumque iuris ordine id sit cautum ut iurifconsulti a quibus decisivum petitur reddi consilium, nudam eorum proferant sententiam absque iurium allegationibus, quae tunc etiam eo casu magis sint superfluae cum ad imperiale Consilium inueniamur, quae iura omnia sacratissimo eius pectore tenet recodita, diriguntur. Ideo iurifconsultis Serenissimi Ferdinandi Romanorum imperatoris electo ad nos datis die vigesima secunda Maii proxime elapsi Anni. M. D. L. X. ac nobis redditus per Clarissimum iurifconsultum ac Regium consiliarium Dominum Octavianum Ladam, quibus mandatur, ut in graui & ardua causa coram sua Caesarea Maiestate vertente inter Marchionem Finarij ex vna, & Republicam Genuensium ex altera. Super qua longus fuit processus formatus. Eo diligenter considerato ac pensato, simul etiam consilio super eadem causa diffuse, & copiose, ac etiam allegationibus iuris reddito per Illustres ac clarissimo eiusdem Maiestatis suae consiliarios. si conclusio in eo proposita ac firmata, nobis iustitiae, & equitati consentanea visa fuerit, illi quasi subscribendo sententiam nostram simpliciter consilio decisivo declaremus. sin autem diuersa sentiremus, nostram sententiam scripto consilio clarè ac dilucidè scriberemus. viso quoque diligenter ac mature toto ipso processu simul cum doctissimo ac grauissimo consilio praenominato, omnibusque rationibus, & iuris decisionibus ad vtranque partem copiosissime allegatis, omnibusque accuratè perpensis, tã quae in facta quã quae in iure deducta fuerunt decisivae iuxta mandata nobis data, procedendo in hanc devenimus sententiam, ut iuste ac secundum terminos iuris ita dicentis, & equitatis idem talis exceptio reiecta dicitur: ex crebriori interpretum calculo.

Longè minus obstat protestatio illa facta per eundem procuratorem eù ex post, multa protestationi contraria fecit, atque etiam facta fuerit tempore illegitimo, ob id perinde est ac si non facta fuisset. Exceptio quoque illa t. prius

- 1 statis iudex sit competens, dicimus indubitati iuris esse Imperatorem in hoc ipso iudicio, quod vertitur inter Illustrissimum Marchionem Alphonsum de Carretto, & excelsam Rempub. Genuensium, iudicem esse competentem cum in iudicio possessorio ille sit iudex competens sub cuius ditione, res sita est, de cuius possessione agitur, atque in ea vis illata proponitur. Quod autem Marchio Finarij sub sit imperio, nedum ex illa iuris praesumptione fateri cogimur: quod imperator totius mundi dominus sit, itaque asserenti contrarium probandi onus incumbat verum, etiam ob donationem Othonis imperatoris factam Aledram de Carretto, in qua Marchionatus Finarij includitur, vnde quemadmodum Marchionatus Finarij suberat imperio ante illam donationem, quo ad iurisdictionem, ita & ex post fuisse concludendum est, cum in quacunque donatione Imperatoris supremam illam iurisdictionem sibi referuare voluisse praesumendum sit, ut passim attestantur virorum prudentium responsa, & praecipue cum clara sint verba in donatione illa, qua Vencislavus Imperator duci Mediolani fecit. Trahunt quoque nos in hanc sententiam investiturae Federici primi, & secundi, quae in se continent omnia bona possessa per Marchiones, in Episcopa. Saouensii, inter quae Marchionatus Finarij esse, totum facti est, & attestantur aperte investiturae Caroli Quinti, quod si iudicij acta dispiciamus, idem erit concludendum, quandoquidem clarè ex illis appareat Reipub. procuratorem in Caesaream consensisse Maiestatem, uti iudicem competentem, modo petendo exemplum iurium exhibitorum per Marchionem cum termino ad respondendum, modo permittendo quod Caesarea Maiestas varios sibi praestituit terminos uti iudex competens: modo varios faciendos actus nomine Reipub. absque vlla incompetentis exceptione, ac etiam coram delegatis a sua Maiestate comparando.
- 2 Nec ad rem facit, quod procurator ipse talis sit exceptio in ea scriptura exordiente, cum excelsa Reipub. Genuen. quia opposita fuit post ipsam litem contestationem & ea non obstante Imperatoria maiestas ad ulteriora processit saepe etiam non reclamante, ipso procuratore, ideo talis exceptio reiecta dicitur: ex crebriori interpretum calculo.
- 3 Longè minus obstat protestatio illa facta per eundem procuratorem eù ex post, multa protestationi contraria fecit, atque etiam facta fuerit tempore illegitimo, ob id perinde est ac si non facta fuisset. Exceptio quoque illa t. prius

uilegij Federici secundi, optimè tollitur ex validissimis rationibus, de quibus in doctissimo ac grauissimo consilio, videlicet, quod tale privilegium integre exhibitum non fuit nec in forma authentica, & eliditur etiam ex eo, quia non se extendit ad causas spectantes ad Imperatorem, vendicaturque sibi locum in actionibus personalibus tantum, quae contra Rempub. institui possent vel aduersus singulares homines, qui Reip. Genuen. subsunt imperio, non in realibus vel in rem scriptis. Et quamuis in realibus, & feudalibus in rem scriptis locum haberet, nihilominus cum limitatum sit quo ad terras Reipub. Genuen. concessas, ut verba illa privilegij docent, videlicet in terris, quas eis concessimus vel concedemus. querimoniam fecerit, utique non extendendum ad Marchionatum Finarij, cum non sit de terris, & locis concessis per ipsum Federicum Imperatorem Reipublice Genuen.

Nec in dubiis rescicare potest ipsa Genuen. Reipub. quod non subit Imperio cum privilegia quibus tueri suam causam studet, eam Imperialem Camera appellent habeantque clausulam illam, & saluo iure Imperij cuius vis atque potestas in hoc omnibus nota est. Nec t. concessio illa libertatis facta ab Imperatore eam eximit a suprema Imperatoris iurisdictione, & dato quod ipsa Reipub. non subisset imperio, nihil ad rombum, stantibus rationibus superius in medium adductis.

Illam quoque exceptio dimidia partis status Finarij acquisito ex Laudo Magnifico domini Antonioti Adurni conruit, tum quia inuvalida, attentò, quod descendentes ab ipso Aledramo non potuerunt alienare in praedictum modernum Marchionem. At autem, & patris sui, qui non consenserunt dictae alienationi ex quo dicta donatio fuit facta Aledramo, & suis descendentes vtriusque sexus: & in pluribus donationibus Imperatoris sepius responsum fuit per celebratissimos iurifconsultos, quod ubi sint collatae in aliquos descendentes suos vtriusque sexus, descendentes ab ipso donatario primo, non possunt de ipsis bonis donatis disponere in praedictum aliorum descendendum, tum quia potestas alienandi de qua in ipsa donatione reperitur limitata ad personam Aledrami, & non se extendit ad eius filios: tum etiam, quia esset quod valida foret, eximere non potuit illam dimidiam translatam in ipsam Reipub. ob dictam laudum a Caesarea iurisdictione, cui ad ipsos, qui compromiserunt non spectaret, sed ad Caesarem.

Sed

Sed de competentia iudicis haecenus, satis enim superq; ex praedictis edoctam censemus Casaream Maiestatem in hoc iudicio iudicé esse competentem modo, quae sint eius partes in iudicando circa petitam restitutionem spolijs, & pactorum annullationem, breuiter aperiemus.

12 Et quoniam in materia possessionis recuperanda, duo extrema requiruntur habilia quorum primum, est quod qui agit possessor fuerit, mox quod ui deiectus, quod vtrumq; in ipso Marchione, qui actoris partes sustinet insit, dignoscitur non minus ex confessione ipsius Reipub. quam ab ipso effectu. fateatur enim Genueusis Respublica & acta iudicij ubique testantur, instructo exercitu, paratis bellicis tormentis Reipublice milites Marchionem Finarij inuasisse, agros & loca depopulatos fuisse ac occupasse, ipsumq; Marchionem coegisse, ut in castro Gouoni sese recluderet, illudq; obsidendo eiusque menia per dies quindecim nullo temporis spatio interposito vigintiquatuor tormetis muralibus pulsando, ipsum Marchionem e Castro exire coegisse, quae omnia nedum vtrumque inesse extremum habile in hoc iudicio testantur, verum etiam validissime elidunt exceptionem illam, spoliationem factam fuisse ui expulsiua non compulsua.

Quia licet fortalicij spoliatio dicatur facta per dispositionem eius in manibus principis Auriæ, tamen ex quo coactus illam fecit propter vim a Republica adhibitam in oppugnatione castri, quae tanta fuit ut res eo iam deducta esset, ut pro expugnato haberetur neque Marchio amplius se in eo tueri posset sed in Reipublice manu positum pro libito voluntatis suae illo potiri ut ipsa met fatetur 13 utiq; fuisse sui expulsiua spoliatum concludendum est: Accedente maxime, quod illa oppugnatione non fuit ordinata ad Castri depositionem, sed ad Marchionis expulsionem propter, quod nullum discrimen constituendum, an deponere vel deditione facta, cedere coactus fuerit. Quod si etiam vis tantum tantum 14 pulsua interuenisset, in eandem sententiam eundem foret, cum & haec spoliatio proficit ad effectum possessionis recuperanda saltem ex beneficio capere integranda, quod vniciuique competit, qui ex iniusta causa a sua cecidit possessione, ut doctorum omnium sententia concordant.

Et ex praedictis inferitur etiam satis, leuem esse illam exceptionem, quod Marchio non fuerit spoliatum, sed factum suo ceciderit stan-

te depositione Marchionatus et Castri vigore pactorum, & conuentionum initarum, cum ipsa Respublica, cum clarè constat ex his, quae supra edocuiimus ex euidencia facti, & ex multis varijsq; protestationibus tam per ipsum Marchionem, quam per eius procuratorem factis huiusmodi conuentiones, & pacta, nec non castri depositionem ui factam fuisse: qua stante, absurdum est diceret factum suo cecidisse a possessione, non fecit ac si quis a possessione factum suo cecidisse eum diceret, qui propter vim adhibitam possessionem rei suae deseruit.

Nec depositio facta penes Illustrissimum Principem Auriam impedit possessionem recuperanda tamquam q; ipse non Respu. pro parte possideat nec ipse Marchio possideat eam partem quam detinet Princeps depositarius.

16 Longe minus tale possessorium recuperanda impedit fortalicij exceptio, cum non sit adeo natura vel arte munitum, & ut dicitur inexpugnabile, ut requirunt iuris prudentes, quod Marchio cogi non possit a Casareae Maiestate, coram qua petitorium iudicium proculdubio uenit intendendum ad eius restitutionem, si in petitorio succumberet, vel eum priuandus Marchionatu, uel militari manu ab eo auferendo, uel permissum q; Respublica id faciat, quod praestare facile 17 posset ut ipsa docuit experientia et uel demum cautionem in hoc iudicio a Marchione exigendo prout etiam quatenus Casareae videatur Maiestati se praestaturum obtulit.

18 Estque penitus reiicienda exceptio illa de minimi hoc in casu, stante notissima iuris regula, quod spoliatum ante omnia uenit restituendus, & itante eo quod de nullo ipsius Reipublicae dominio apparet in ipso Marchionatu nedum quoad dimidiam, quae nunquam per antecessores Marchionis alienata Reipublice apparet: verum etiam, quoad aliam dimidiam ipsius Marchionis, quae acquisita dicitur per Reipublicam, & illico in feudum concessa illis Marchionibus, qui interuenerat in compromisso Adurni. Quonia cum totus Marchionatus Finarij contineatur in inuestituris Federici primi, & secundi: ac Caroli quarti, sequitur, quod praedicta alienatio nulla sit quoad hoc ut praedictum asserat Casareae maiestati, nec auo patriue ipsius Alphonsi Marchionis Finarij. Cum inscio Imperatore de bonis Imperio acquisitis tantum compromittere 19 minimè potuerit, ut recepta doctorum omnium sententia est, & aperte declarata inuestitura

tura Maximiliani, & Caroli quinti. Quod si etiam demus feudalem non fuisse ante alienationem, nec contineri in praegalatis inuestituris, idem tamen concludendum foret, stante Otthonis donatione, quae licet Aleadro facta fuerit pro se & haeredibus suis masculis 20 & feminis, cum tamen potestate uendendi commutandi & alienandi, tamen deficiente Aleadro, qui solus talem habebat facultatem, Aleadri descendentes de dictis bonis donatis disponere non potuerunt in praedictum descendendum, ut in multis donationibus diuersorum Imperatorum responsum fuit per celeberrimos iuriconultos, circa quam conclusionem, si qua orire posset difficultas hoc in casu, nulla esse posset cum alienandi potestas limitata fuerit, quo ad ipsum Aleadrum, non autem extensa ad eius haeredes.

21 Exceptio quoq; illa criminum obiectorum Marchioni non est idonea ad impediendum iudicium possessorium recuperanda, tum quia legitime probata non uidentur, neq; dicto subditorum in causa propria deponentium standum uidetur, tum etiam, quia non sufficerent ad eijciendum ipsum de possessione, & de facto spoliandum, ut doctores omnes in hoc conueniunt, & posito quod ob dicta tamen 22 Marchio priuandus foret, Marchionatus tamen ad Rempu. non deuolueretur, cum ab ea inuestitus non fuerit, sed ad Casarem, uel agnatos proximiores Marchionis.

23 Ex quibus omnibus etiam consequens fit, quod capitula ultimo loco pro parte Respu. Genuensium producta, reiicienda sint tantum, quia factum continent notorie falsum, etiam ex confessione ipsius Reipublicae, & ex facti euidencia, atque etiam ex protestationibus Marchionis tum etiam, quia tendunt ad probandas exceptiones, quae etiam tamen probatae forent, in hoc tamen iudicio possessio excipienti nullo modo prodesse ex his, quae supra deducata fuerunt.

24 Quapropter ex his et alijs, quae in mediū adduci possent, nisi praesens quaestio indubitati iuris esset, & Casaream alloqueremur.

Maiestatem fatique abunde in consilio nobis exhibito omnia comprobata fuissent, uerbis pluribus uteremur. Nos utriusque iuris doctores collegij Patauini dicimus, & Consulimus partes sacrae Casareae Maiestatis fore, & esse, in sententiando, & declarando, capitula Reipublicae nomine, ultimo loco exhibita non admittenda, Ipsumq; Alphonsum Marchionem Finarij, tamquam de facto & indebite spoliatum restituendum fore, & esse in suo Marchionatu, atq; in eo stantem, & esse, in quo erat ante spoliationem & subsequenter pacta, & conuentiones initas cum ipsa Respublica Genuensium irritas, & illis non obstantibus teneri ipsam Rempu. quoad ipsam attinet sequestrum relaxare, & praestare Marchioni ea damna, quae passus est a die inchoatae oppugnationis dicti Castri per Genueses, patiterq; omnes fructus, & expensas, tam praesenti iudicio quam illas quas Marchio fecit pro defensione sui Marchionatus, posteaquam Respu. ipsa ei bellum indixit, Referuato iure Marchioni prout sibi competit contra subditos, quoad damna per eos illata & hoc sine praedictum iudicio tam iurium Imperij, quam partium in reliquis in petitorio, & prout eis de iure comm petat. LA VS DEO.

Quoniam conclusioni, & expeditioni antea scripti consilij in sacro collegio clarissimum iuris utriusque doctorum generalis studij Patauini die xiii. Ianuarij Anno Domini M. D. L. XI. ad hoc more solito in aula episcopalis curiae specialiter conuocato ego Siluester Rubens publicus Imperialis & ciuitatis auctoritate Paduae notarius, iudexque ordinarius, nec non & ipse sacri collegij cancellarius inter sui, ea propter madata. Excellentissimorum dominorum Prioris & doctorum sacri Collegij praedicti consilium ipsum sigillo magno eiusdem collegij ad chordulam serici rubei impendenti munui & corroborati signo & nomine meis solitis & consuetis in fidem appositis ad laudem omnipotentis dei.

F I N I S.

E O R V M Q V A E I N
R E S P O N S I S C A V S A E
F I N A R I E N S I S C O N -
T I N E T V R,
I N D E X,

B

ABSENTIS partes, supplet iudex. nu. 138. 27
Acceptans sine protestatione literas vel privilegium, quod sibi nocet, sibi praediuicare dicitur. 8. 90.
Acta apud imperatorem tractata non redduntur nulla, ob non seruatum iudicii solemnitate. 9. 55.
Actio quod metus causa est in rem scripta. 28. 33.
Actus nullus, per potest rescindi quatenus de facto praecessit. 49. 65.
Actum metu gestum rescindi petens, quod metus causa actionem mouet. 24. 91.
Actum sibi praediuiciale, qui acceptat, nec aliquo modo contradicit, ius suum perdit. 16. 5.
Actus subsequens ostendit praecedentem animum. 63. 75.
Actus subsequens animum declarat. 29. 72.
Agentis actione, quod metus causa, exceptio dominii obijci potest. 22. 9.
Alba Pompeia intra Liguria fines. 82. 45.
Aledramus ex Adelfia quatuor filios tantum suscepit ex Volaterrani autoritate. 122. 50.
Aledramus ex Adelfia duos tantum suscepit filios, ex antiquis Chronicis Montisferrati. 123. 60.
Aledrami linea quo tempore extincta. 124. 60.
Aledramus ex Adelfia septem procreat filios ex multorum autoritatis. 119. 60.
Aledrami & Adelfiae Historia. 117. 48.
Alexandri Cornet & aliorum notatur instantia. 20. 16.
Alienandi facultas concessa in his quae alienari non possunt regulariter, quomodo intelligatur. 20. 98.
Alienandi facultas concessa donatario, vel usalio, non transit ad successores. 20. 107.
Animus declaratur ex actibus subsequentibus. 140. 28.
Antoniosi Adurni Genuensium Ducis laudum, in causa Finarii, quo tempore latum. 29. 40.
Antoniosi Adurni Genuensium Ducis laudum. 7. 31.
Appellare aliquando licet a reiectione exceptionum. 7. 83.
Appellatio ab interlocutoria recipitur, cum alias ea inferri potest irreparabile detrimentum. 45. 12.
Appellatio ab Imperatoris sententia non conceditur. 54. 102.
Appellatio a notoria iniquitate nunquam remota dicitur. 76. 15.
Appellationis secundae & tertiae cognitionem, qui habet, imperii superioritatem habere dicitur. 73. 45.
Argumentum ab extremis non concludere. 10. 31.
Argumentum ab extremis praesumptiue concludit. 84. 46.
Argumentum ab extremis quomodo concludat. 39. 8.
Assertiva verba afferenti praediuicant si illi consentiat. 55. 42.

Baldi doctrina in. l. ult. §. ult. C. communia de leg. explosa. 112. 82.
Bald. Perusinus, qua aetate uixerit. 50. 42.
Bal. fuit Georgii. xj. Pontificis max. praceptor. 51. 42.
Bal. doctrina in. l. ult. §. ult. in fin. C. communia de leg. declaratur. 114. 82.
Bal. in. l. 3. col. 1. versic. quero quid. C. si a non compe. iud. declaratur. 114. 78.
Bartolus. l. quae sub conditione. §. 1. nu. 2. ff. de cond. Inst. & Baldus in. l. hi qui ad ciuilia col. ult. versic. ex quibus apparet. C. de appellati. declarantur. 47. 65.
Bart. in. l. pen. nu. 2. ff. de cond. ob turpem causam, & in. l. 2. nu. 12. C. quod metus causa, declarat multum pliciter. 39. 64.
Beneficio constitutionis. l. bene a Zenone. C. de quadrienn. praescrip. sruitur, qui ab Imperatore rem acquisiuit. 9. 69.
Beneficium principis late interpretatur, & quomodo beneficium esse recognoscatur. 54. 42.
Bona allodialia & libera, a superiore in feudis possunt recognosci. 101. 21.
Bonafides praesumitur, etiam ex titulo putatio. 121. 24.
Bonafides praesumitur in eo, qui iudicis sententia posidet. 58. 102.
Bonafides praesumitur in eo, qui possidet imperatoris autoritate. 59. 60.
Bonafides in dubio praesumitur. 61. 102.
Bonafides non praesumitur. 69. 76.

C
Calumnię euidentis exceptio non impedit spoliatum ante omnia restitui. 91. 18.
Cap. 1. de restitutione spoliatorum exponitur & declaratur. 92. 19.
Cap. ult. ext. de cohob. Cler. & mulie. exponitur & declaratur. 85. 17.
Capitula reiicienda sunt, cum factum notorie falsum continent. 23. 107.
Capitula reiicienda sunt, cum continent, quae probata ad causam non conferunt. 24. cod.
C. significasti, de diuor. declaratur & exponitur. 87. 18.
Cap. ad decimas de restitutione spoliatorum, in sexto declaratur. 90. 18.
Cap. constitutus, de filijs presby. declaratur & exponitur. 88. 18.
Cap. 2. & 3. de restitutione spoliatorum sensus & intellectus. 41. 65.
Capitula in dubio admittenda sunt. 1. 84.
Capitula admittenda sunt, cum clausula saluo iure pertinentium. 2. cod.
Capitula notorie impertinentia, non sunt admittenda, etiam cum clausula saluo iure impertinentium. 3. cod.
Capitula pertinentia dicitur, si quoquo modo ad causam conferunt. 4. cod.
Capitula sunt impertinentia, si nullus effectus ex eis sequi potest. 5. cod.

Capitula

Capitula efficiuntur ex libello actoris, & ex rei exceptionibus. 6. cod.
Capitulum imperiale. §. praeterea, de prohib. feud. alienat. per Freder. sensus & genuinus intellectus. 41. 74.
Cap. imperiale. §. praeterea de prohib. feud. alienat. per Freder. locum non habet, quod pater uel filiarum bona allodialia saltem feudalia reliquit. 52. 20.
Cap. Imperiale. §. praeterea de prohib. feuda. alienat. per Freder. locum non habet cum ex consuetudine feudi diuisio & dispositio conceditur. 53. 75.
Capit. litteras de restitutione spoliatorum declaratur. 58. 13.
Cap. 1. §. praeterea de cap. Conrad & ca. imperialem de prohib. feud. alie. per Fred. in qua praescriptionis specie locum habet. 78. 77.
Cap. cum dilectus de ordine cognitio, intellectus, & declaratur. 20. 61.
Cap. examinata de iudicij declaratur. 17. 32.
Capit. 1. de ijs quae ui metus causa, sensus & intellectus. 49. 66.
Capit. pastoralis de causa possess. & propr. declaratur. 8. 59.
Cap. super hoc de renuntiatione declaratur. 47. 11.
Caroli Quarti Imperatoris inuestitura Georgio Carreto concessa, quibus potuerit prodesse & no cere. 32. 93.
Caroli Quarti Imperatoris inuestitura Finarii Marchionibus concessa. 1. 68.
Caroli Molinæ, de origine feudaliu constitutioni, opinio. 16. 71.
Carolus Quintus Imperator, multa Genuensibus contulit privilegia. 15. 39.
Carolus Imperator Genuum, ciuitatem suam appellare consueuit. 17. 39.
Carretorum familia in Italia, ampla & diffusa. 125. 25.
Castro spoliatus, cum aduersus bellica tormenta non possit se defendere expulsius dicitur. 37. 34.
Castro munissimo spoliatus restitui an debeat ante omnia, cui ambo, spoliatus scilicet & spoliator, sub uno Principe sunt. 34. 63.
Castrum sui natura expugnabile, est ante omnia restituendum spoliato, ex remedio reintegrande. 16. 107.
Castrum inexpugnabile dicitur inspecta personarum qualitate. 36. 33.
Castrum occupare non licet, antequam iudex adeatur & tentata sit iudicialia recuperatio. 33. 62.
Causa iusta in imperatore non praesumitur, dum reuocatus privilegium non subdito concessum. 141. 52.
Causa iusta praesumitur in Principe, cum ex motu proprio aliquis agit, secus si ad partis instantia. 142. 52.
Cautions fragilitati submittendum non esse, quomodo intelligatur. 61. 13.
Cautions fragilitati non fidendum. 32. 62.
Chronicis antiquis credendum. 125. 50.
Citandus amplius non est, qui semel respondit se non le ad iudicium venire. 137. 27.
Citandus amplius non est, verus contumax. 40. 34.

Citandus est contumax in interlocutoria cum ad diffinitiuam proceditur. 43. 94.
Citandus amplius non est, qui semel negauit venire. 18. 61.
Citatio non requiritur quando princeps extra iudicialiter procedit etiam tollendo ius alterius. 38. 100.
Citatio illius non exigitur, quod inuito actus celebrari potest. 39. 60.
Citatio est necessaria, ut sententia noceat. 87. 78.
Citationis defectus, nec a statuto, nec a Principe tolli, sanari suppletur potest. 88. 60.
Citari amplius non debet, qui venire negauit semel. 20. 16.
Circuitus inutilis euitandus est. 77. 16.
Ciui-liter possidens si naturalem sit ingressus, audiendus super exceptione dominij, cum naturali spoliatus agit ut ante omnia restitatur. 11. 60.
Ciui-liter possidens sua sponte naturalem potest ingredi. 29. 16.
Ciuitas Imperij iura, & superioritatem praescribere quando possit. 72. 45.
Ciuitas iure alteri subiecta non praesumitur. 44. 41.
Clausula ex certa scientia, non operatur quando ius tertij laeditur. 93. 79.
Clausula motus proprii nihil operatur, cum ius tertij laeditur. 94. 60.
Clausula ex certa scientia & motus proprii, par virtutis. 95. 60.
Clausula ex certa scientia & motus proprii circa ea, quae iuris sunt, non quae facti, operatur. 96. 60.
Clausula ex certa scientia & motus proprii, nihil operatur cum constataliter rem se habere. 97. 60.
Clausula ex certa scientia, & motu proprio, obreptionem, & surreptionem impediunt. 112. 23.
Clausula, transmissio omne ius quod ad me pertinet, demonstrari omne, ius esse translatum. 20. 71.
Clausula ex certa scientia & animo deliberato ex notariorum consuetudine apponi solent. 34. 99.
Clausula sponte ita metu apposita in instrumento praesumitur cum contractus per metum est celebratus, sicut ipse contractus. 35. 106.
Clausula, concedimus prout iuste & legaliter possimus, cuius effectus & significationis sit. 38. 73.
Clausula in executiuis posita nihil operatur. 58. 43.
Clausula saluis Romani Imperij iuribus, in concessio ne privilegij ab imperatore facta, quid operetur, & paulo post. 56. 43.
Clausula, saluo & reseruato domini consensu in feudaliibus dispositionibus adhibita, cuius effectus sit & naturae. 84. 78.
Clausula saluo iure Imperij quid importet & significet. 23. 6.
Clausula saluo iure Imperij quid operetur. 24. 106.
Cognitio rei feudalis ad dominum feudum spectat. 24. 6.
Comitatus concessio, an ostendat cum feudum, in vim comitatus esse concessum. 37. 73.
Communis loquendi usus obseruandus est. 60. 43.
Communis opinio doctorum sequenda est. 10. 4.
Compromissum de re feudali non valet. 103. 22.
Compromissum de re Imperatoris eo infcio non valet. 19. 107.

RERVM ET VERBORVM.

Compromissum de re feudali fieri non posse. 4.68.
 Compromissum de re feudali fieri non potest. 21.16.
 Compromissum de re feudali fieri non potest. 18.98.
 Concessio facta cum clausula prout iuste & legaliter
 possumus, quam vim habeat. 3.96.
 Consensus prædecessoris, successori nocere solet.
 4.87.
 Confiteatur quis vera, quæ in precibus scripsit.
 41.94.
 Coniectura illa preualent, quibus actus sustinetur.
 109.23.
 Coniectura in factis antiquis probationem faciunt.
 108.23.
 Consentire dicitur actui, qui ad sui detrimentum fit,
 cum sit nec contra cum protellatur. 18.39
 Cosinus Medices Florentinorum Dux Serenis. lauda-
 tur. 65.44
 Consilium animi præsumitur ex enormitate facti.
 30.99.
 Consuetudo vnus familiae testandi, & de rebus suis
 certo modo disponendi, probabilis est. 47.74
 Consuetudo æqua reuocari debet, cum iniqua esse
 incipit. 18.90
 Contraria seu pugnantia euitanda sunt omnino.
 61.43.
 Contumacia vnus actus, non nocet, quoad alte-
 rum. 83.6
 Conueniri potest in loco delicti, qui alias ex priuile-
 gio alio in loco conueniendus est. 21.32

D

Decij consil. 191. declaratur. 98.79
 Declinatoriam, qui tempore debito non proponit,
 in iudicem consentire videtur. 40.41
 Declinatoriam non potest amplius proponere, qui
 semel contempsit in iudicem. 19.32
 Delegare omne ius suum, quid sit. 24.71
 Delictum extra locum originis commissum in loco
 originis puniri minime potest. 130.51
 Delictum, non committit, qui facit quod facere posse
 iuste credidit. 133.51
 Dicitio prout, qualis significationis. 21.71
 Dicitio omnino, restrictionem non patitur. 22.60
 Dicitio omnino, idem quod in perpetuum, signifi-
 cat. 23. eod.
 Dicitio nostra nostra nostrum, dominium arguit. 53.202
 Didacus Couarritas Hispanus iureconsultus lauda-
 tur. 100.48
 Dignum minus, maius dignum ad se trahit aliquan-
 do. 44.85
 Dispositione legis. 2. & l. bene à Zenone de quadrien-
 tali præscrip. fruitur, qui à supremo Principe cau-
 sam habet. 66.103
 Distinctio quomodo spoliato ui compulsua agenti
 obijci possit dominij exceptio. 46.10
 Distinctio verbum quid præferat. 9.97
 Dolo carere dicitur, qui paratus est de iure suo doce-
 re. 134.51
 Dolus in eo cessat, qui facit, quod iusta ratione facere
 posse credebatur. 118.82

Dolus præsumitur, si enormis intercessit læsio. 31.99
 Dominium non transit mediante sententia, præsum-
 tum arbitramentali. 128.25
 Domini um ex præscriptione. 30. annis acquiritur.
 133.26
 Dominium directum in re feudali, quomodo præ-
 sumptione acquiritur. 100.21
 Dominium ex sententia transfertur, cum ei acquie-
 uit condemnatus. 113.82
 Dominum non transfertur, ex sententia, præsertim ex
 laudo. 11.68
 Dominus feudi iudex non est de re feudi, cum est
 controuersia inter vasallum, & non vasallum.
 112.48.
 Donata pro re & successoribus, non possunt alienari
 in præiudicium successorum. 11.106
 Donationis verbum, quando late intelligatur.
 7.96.
 Dux Sabaudie Serenissimus Imperatorem non reco-
 gnoscit. 104.48
 Dux Mediolani Imperatorem, non recognoscit.
 105.48.
 Dux Sabaudie compromisit in Regem Francie de
 rebus Imperio suppositis. 104.22

E

Aedificare in litore, maris unicuique licet. 5.87
 Exceptio dominij notoria, non impedit spoliatum
 aut omnia restitui. 84.17
 Exceptio proprii dominij spoliatoris, non impedit
 spoliatum ante omnia restitui. 30.92.
 Exceptio defensus dominij etiam si notoria sit, non
 impedit spoliatum ante omnia restitui. ibidem de-
 claratur. 31. eod.
 Exceptio dominij, non impedit spoliatum ante om-
 nia restitui. 18.107
 Exceptio dominij obijci an possit cum de restitutio-
 ne castri munitissimi agitur. 28.92.
 Exceptio dominij, obijci non potest spoliato per vim
 compulsuam. 26.92
 Exceptio iuris notorii an ceteris exclusis exclusam
 feratur. 75.15
 Exceptio tua non interest, litis finite dicitur. 111.48
 Executio sententia quæ aliis impediri non potest,
 impeditur cum aliis sequi possit damnum irrepara-
 bile. 53.12
 Exempla declarant, non autem restringunt. 22.61
 Exempla demonstrant, quo in casu exemplum pro-
 cedat. 23. eod.
 Exemplis non est iudicandum, cum ignoramus, quo
 modo se se habeant illa. 24. eod.
 Exemplis maiorum ut Pontificum, & Imperatorum
 quando iudicandum, 26.61
 Exemplis non est iudicandum, cum iure causa diffi-
 niri potest. 27.62
 Expulsus dicitur, qui castro inclusus tormentorum
 ui cogitur inimicis dare. 51.11
 Extensio conceditur in odiosis, & correctorijs, ubi
 eadem militatio ratio. 44.10
 Extensio fit in correctorijs fauore animæ. 9.4
 Facta

I N D E X

F
 Facta non præsumuntur. 66.76
 Fautor spoliati odio spoliatoris antefertur. 65.14
 Fautor præfertur in diuersis qualitatibus inter se con-
 currentibus. 50.11
 Feuda in Italia ex consuetudine diuidi possunt. 54.75
 Feudalis effici potest res libera. 3.68
 Feudalis constitutio cap. 1. in tit. conf. feud. D. Lotha-
 rij, an Lotharij primi, vel tertij potius sit. 17.71
 Feudalis in dubio res non præsumitur sed libera.
 36.93.
 Feudi dominus, iudex est competens in causa feudi.
 17.98.
 Feudi dominus, non cognoscit super qualitate, qua
 eum feudum dominum negatur Iacobinus de quo
 statim col. nona versu. idem esset si duo & cetera.
 93.47
 Feudi dominus inter vasallos, iudex competens non
 est, eum alter illorum se vasallum negat, adde Iaco-
 binum de Sancto Georgio in inuelli. seu. in verbo
 & dicti vasalli col. 9. vers. idem esset si duo & col.
 8. vers. primo si conuentus. 95.47
 Feudi dominus iudex est competens in causa feuda-
 dali. 20.3.
 Feudi dominus iudex est competens in causa feuda-
 dali. 20.39
 Feudi concessio est gratia & beneficium. 6.96
 Feudorum cause, non regulantur secundum dispo-
 sitionem iuris communis. 116.24
 Feudum ligium a quibus concedatur & de illius na-
 tura. 25.40
 Feudum alienabile, vni filiorum prælegari à patre po-
 test. 43.74
 Feudorum constitutiones ante Oththonem secundum
 non fuisse. 13.71
 Feudalis constitutio prima a Conrado secundo adin-
 uenta, & constituta ex Alcia. & Parisij sententia.
 15. eod.
 Feudum quo ob delictum priuatur vasallus, cui de-
 feratur. 67.14
 Feudo non. priuatur ipso iure vasallus sed lata sen-
 tentia saltem, qua & deliquisse & feudum amisisse
 declaratur. 68. eod.
 Feudum, seu concessio Oththonis secundi illius natu-
 ra fuit, ut de eo prælegatum fieri poterit. 44.74
 Feudum non alienabile, inter suos alienari potest.
 45. eod.
 Feudum non amittit vasallus, si comprehensa in in-
 uentura sine domini consensu alienet. 46. eod.
 Feudum sine titulo retineri possideri; non potest,
 sed contra paulò infra. 22.16
 Feudum cum potestate alienandi concessum sine con-
 sensu directi domini, alienari & de eo disponi po-
 test. 80.78
 Feuda Marchionatus Montisferrati, sine directi do-
 mini consensu alienari possunt. 81. eod.
 Feuda Marchionatus Ceuæ, sine consensu directi do-
 mini alienari possunt. 82. eod.
 Feudum alienabile, est & præscriptibile. 76.77
 Feudum regulariter spatio 30. vel. 40. annorum præ-
 scribitur. 77. eod.

Feudum Marchia, diuidi an possit. 49.74
 Feudum sui natura alienabile, diuidi potest. 50. eod.
 Feudum cum licentia alienandi aliquando certis casu-
 bus, alienari non potest. 22.98
 Feudum demonstratur ex præstato iuramento fidei-
 tatis & successus inuolutis. 23. eod.
 Feudum & Homagium Ligium quod. 39.7
 Feudo Castri vel oppidi cum omnimoda iurisdictione
 concessio non transit supra concedentis pote-
 stas, & iurisdictione. 30. eod.
 Feudum à fidelitate nomen sumpsit. 30.72
 Feudum, quo ob delictum priuatur vasallus ad domi-
 num directum reuertitur. 22.107
 Fideiussor idoneus non dicitur, qui commode con-
 ueniri non potest. 29.62
 Fideiussores idonei an sint nobiles, qui sub Prin-
 cipe castra habent, quæ a Principe expugnari pos-
 sunt. 35.63
 Fidelitas, nihil specialitatis in feudis tribuit. 31.72
 Fidelitatem obseruant, qui subiecti sunt, & si vasalli
 non sint. 32. eod.
 Fidelitatis denominatio feudo conuenire dicitur.
 5.96.
 Filius patris hæres factus, feudum à patre alienatum
 reuocare non potest. 48.74
 Florentinorum Respublica olim superiorem nec Im-
 perium recognoscebat. 66.44
 Florentina Respublica libertatem a Rodulpho Impe-
 ratore consecuta est. 67.44.
 Finarij Marchiones Imperij Ligij vasalli, & homines
 effecti à Carolo quarto. 24.40.
 Finarij Marchia, & Saonæ vna & eadem. 121.50
 Finarij Marchiones per tempus immemorabile Ge-
 nuensium Rempub. in dominam directi recogno-
 uerunt. 87.46
 Finarij status, & Marchia an intra fines Genuensium
 sit. 38.8
 Finarium ab Oththone secundo Aledramo Saxonio
 concessum. 23.40
 Finarium intra fines Genuensium esse. 80.45.
 Finarium quos fines habeat. 13.31
 Fridericus Barbarus Imperator Genæ dominus
 factus nouos creauit magistratus. 14.39

G

Geminatio, & reiteratio actus plurimum operatur.
 52.102.
 Genua Ciuitas, quo iure directi dominium in Mar-
 chionatu Finarij sit consecuta. 96.20
 Genua Ciuitas, sub rege Gallorum a Bucualdo gu-
 bernatur. 105.22.
 Genuam Roma. Imperio olim suppositam fuisse.
 8.38
 Genua à Magone Pano funditus euerfa fuit. 9. eod.
 Genua à Sp. Lucretio Romano reaedificata. 10. eod.
 Genua, & tota Liguria à M. Popillo col. capitur,
 & multi captiui efficiuntur. 11.39
 Genua à Magone Pano funditus euerfa. 9.55
 Genua à Sp. Lucretio Romano reaedificata. 10.54.
 Genua Camera Imperialis est, qualiter & quomodo
 intelligatur

RERVM ET VERBORVM.

| | | | |
|---|---------|---|---------|
| intelligitur. | 59.43 | Imperatore posse in causa propria sibi iudicare, | 4. eod. |
| Genus plenam consequitur libertatem a Friderico primo. | 49.43 | Imperator de iure fundatam habet intentionem; ut in toto orbe iudicare possit. | 13.5 |
| Genus Ciuitatis, à quibus libera censetur. | 45.101 | Imperator summus est Princeps, ut Deus causas cognoscere debet. | 7.87 |
| Genus olim à Rege Gallorum dominata. | 110.88 | Imperator an iudex competens inter Rempub. Genuesium & Marchionem Finarij. | 1.30 |
| Genus ciuitatis, sui origine Imperio non supposita, nune. | 46.41 | Imperatorem directum dominij rerum Imperij trans ferre non posse. | 4.96 |
| Genus Ciuitatem liberam esse. | 5.31 | Imperialis ciuitas, qua ratione & respectu dicitur. | 27.5 |
| Genus fines quo se pretendunt. | 6.00 | Imperatorem totius Mundi dominum non esse, iure diuino, naturali, & positio probatur. | 98.47 |
| Genus Ciuitatem esse sub Imperio. | 15.5 | Imperator in vniuersam terrarum orbem iudicare potest. | 46.101 |
| Genueses superiorem non recognoscunt, quod multorum testimonio comprobatur. | 52.42 | Imperij superioritas transferri an possit. | 69.44 |
| Genus esse liberam à superioritate testatus est Carolus Quintus Imperator. | 53.42 | Imperij Camera, qua intelligitur. | 8.106 |
| Genus fines, qui. | 81.45 | Imperij suprema potestas, prescribi non potest. | 50.101. |
| Glofa. l. excep. ff. de excep. rei iud. declaratur. | 115.82 | Imperatorem voluisse Imperij iura minuere, non pro sumitur. | 11.97 |
| H | | | |
| Historicorum varietas in Aledrami, & Adelsae Historia. | 118.49 | Imperator in coronatione iuratus, se Imperij iura actuum non diminuturum. | 8.97 |
| I | | | |
| Iason consil. 38. lib. 3. declaratur. | 57.12 | Imperator totius mundi Dominus dicitur. | 3.30 |
| Ignorantia non presumitur. | 99.20 | Imperator Italiae Dominus dicitur. | 4.00. |
| Ignorantia non presumitur. | 61.75 | Imperator suam habet intentionem fundatam, se in vniuersum terrarum orbem, posse iudicare. | 5.00. |
| Impensas necessarias in foro conscientiae Malefidei possessor & sine titulo deducere potest. | 8.87 | Imperator dicitur Deus in terris. | 6.00. |
| Impensas an repetat occupator castri, cum eas in castri refectioe erogauit. | 1.86 | Imperator iurisdictionum fontem apud se habere dicitur. | 7.00. |
| Impensas necessarias regulariter deducit possessor sine titulo & cum malefide. | 2.00. | Imperator ex plenitudine potestatis & ex certa scientia, privilegia iam concessa renouare potest. | 36.100 |
| Impensas vitales aliquando, deducit possessor cum malefide & sine titulo. | 3.87 | Imperium merum an prescribi possit. | 2.05 |
| Imperator summus superior est. | 1.89 | Imperij superioritas perdit & in alium transferri non potest. | 21.6 |
| Imperator iudium Imperium super omnes habere dicitur. | 2.89 | Imperator dei minister in terris dicitur. | 60.102 |
| Imperator, nec aequalem, nec sibi superiorem conseruare potest. | 3.00. | Imperator delinquentem vbique locorum punire non potest. | 129.50 |
| Imperator in causa propria, & suorum iudicare potest. | 21.91 | Imperator iudex est competens contra Genueses. | 1.105. |
| Imperator non cognoscit in sua causa contra non subditum, & pretendentem se ab Imperio liberum. | 22.202. | Imperator in causa propria, & suorum iudicare potest. | 26.6. |
| Imperator in causa propria iudicare potest. | 22.40. | Imperator sine causa, non potest ius alterius tollere. | 38.95 |
| Imperator non est iudex competens in causa propria contra non subditos. | 115.48 | Imperator concedendo, & donando loca Imperij, supremam iurisdictionem seruare presumitur. | 3.105. |
| Imperator licet certis casibus in causa propria possit iudicare, ex honestate tamen causam debet non suspecto delegare. | 116.48 | Imperij iura priuati uè prescribi posse. | 73.77 |
| Imperij iura alienari possunt. | 39.73 | Incontinenti dicitur facta recuperatio quam primum commodè occupari potuit. | 81.16 |
| Imperij iura alienari possunt, cum non maximi detrimenti est alienatio. | 40.00. | Incontinenti recuperasse is dicitur, qui recuperatum quam primum potuit. | 28.16 |
| Imperator, Ciuitatem, castrum, vel prouinciam Imperio subpositam donare potest. | 41.00. | Inferior, cum superiore, idem esse non potest. | 4.89. |
| Imperator delicta perpetrata vbique locorum punire potest, sed infra aliter. | 32.40 | Inferior contra superiorem non cognoscit. | 33.7 |
| Imperator, qui se non subesse dicit, probare debet. | 2.30 | Inno. in ca. ex parte. de foro compe. declaratur. | 113.48 |
| Imperatorem semper fuisse in quasi possessione superioritatis status Finarij. | 3.00. | Instrumenta antiqua etiam inter alios facta, probant. | 119.24. |
| | | Instrumenta transumpta, quomodo probent. | 113.23 |
| | | Instrumenta transumpta, quomodo fidem faciant. | 97.20. |

Intra

I N D E X.

| | | | |
|--|----------------|--|---------|
| Instrumentum transumptum & exemplatum ut probet parte citata sumi debuit. | 64.103 | I. si communem. ff. quema. feruit. amitta. quo in casu procedat. | 43.65 |
| Interdictum Adipiscendae possessionis datur, ei qui ante nec naturaliter nec ciuiliiter fuit in possess. | 1.3 | I. Medicus. ff. de varijs & extrard. cognitio, in tellectus, & declaratio multiplex. | 40.64 |
| Interdictum Retinenda possessionis non conceditur ei, qui nec naturaliter, nec ciuiliiter possidet. | 3.3 | I. licet. s. rei. ff. de positi. cum. l. interesse. ff. de acquir. possess. conciliatio. | 13.55 |
| Interdictum vnde ui, cui conceditur, eidem fortius conceditur remedijs ea. r. integranda. | 3. q. 1. 2. 54 | I. vltima. ff. de rei uend. dispositio, quomodo, & quando locum habeat, contra negantem se possidere, cum vere possidet. | 9.87 |
| Interdicto vnde ui, quando agi possit ad consequendam possessionem estimationem. | 25.55 | I. duobus. s. qui iuravit. ff. de iure iuran. declaratur. | 89.18. |
| Interpretatio illa sumitur, qua delictum effugiatur. | 107.23 | I. vlt. s. vlt. ff. quod metus causa exponitur. | 48.11 |
| Interpretatio illa sumitur ne frustra dispositio facta sit, etiam in priuilegijs. | 79.45 | Libelli & petitionis qualitas considerari debet, ad iurisdictionem fundandam. | 96.47 |
| Interpretatio illa sumitur in dubio, qua actus valeat. | 14.97 | Ligures ab Arcadibus originem traxerunt. | 47.41 |
| Inuestitura una alteram declarat & aperit. | 25.99 | Liberi sumus à natura omnes. | 42.41 |
| Inuestitura vox generalis multa comprehendens. | 34.73 | Libertas, non seruitus presumitur. | 43.41 |
| Iudex extra suam iurisdictionem iudicare non potest. | 3.38 | Libertas & superioritas aduersus imperium, cum latuè, non priuatiuè, presumitur. | 49.101 |
| Iudex dicitur suspectus, cum uia facti procedere coepit. | 15.90 | Libertatis concessio ab Imperatore facta, non liberat priuilegiatum a superioritate Imperij. | 10.106 |
| Iudex ordinarius, quando de causa feudi inter vafallos cognoscit. | 20.91 | Lite pendente alienata, sunt ipso iure nulla. | 55.75 |
| Iudex ordinarius, est rei contenti. | 41.41 | Litij locus declaratur. | 48.42 |
| Iudex semel approbatus recitari amplius non potest. | 39.41 | Lotharius primus, quo tempore imperauerit. | 18.71 |
| Iudex loci ubi vis facta est, competens est contra illud violentum occupatorem. | 31.7 | Lucesium Respub. ab Imperio libera est, & a Rodulpho libertatem consecuta est. | 68.44 |
| Iudex competens est ratione rei sitae. | 28.40 | M | |
| Iudex ordinarius cum iustitiarum recitari administrare superior, & maxime Pontifex maximus adiri potest. | 89.46 | Mala fides antecessoris, non nocet successori in sola dignitate succedenti. | 131.25. |
| Iudex ordinarius est, qui rei contenti iudex est. | 25.6 | Mala fides authoris, quomodo successori prescribere volenti obstat. | 126.25 |
| Iudicatas habetur pro veritate. | 6.68 | Mala fides possessoris, an successori in dignitate ad prescribendum noceat. | 108.81 |
| Iudicij ordo, & solemnitas non seruat cum coram Imperatore causa tractatur. | 6.54 | Mala fides causatur in eo, cui iam denuntiatum fuit, ne rem illam acquireret, possideret uè. | 109.82 |
| Iudici licet de facto resistere, cum alias ex suo facto damnum sequi possit irreparabile. | 55.12 | Mala fides ex denuntiatione inducitur. | 42.94 |
| Iudicis iurisdictionem prorogasse, ex multis actis presumitur. | 4.105 | Mala fides antecessoris non impedit prescriptionem inchoari & perfici à successoris persona. | 61.102 |
| Iudex procedens ad vltiora, oppositas exceptiones rejicere censetur. | 5.00. | Mala fides antecessoris in facto arduo, nocet successoribus. | 56.102 |
| Iudicis factum, quomodo possessor excuset. | 110.82 | Mala fidei possessor hodie non prescribit. | 18.32 |
| Iudicis autoritate faciens, dolo caret, & in bona fide versatur. | 57.102 | Mala fides, quid sit. | 127.00. |
| Iudicium ratione loci in quo commissum est vis exerceri potest etiam contra priuilegiatum. | 36.8 | Marchia, quid sit, & an feudum ostendat. | 35.73 |
| Iura ut profint, in actis produci debent. | 7.90 | Marchia iure proprio possideri potest. | 36.00. |
| Iure proprio sine causa, quis non priuatur. | 135.25 | Marchia ab Othone secundo donata Aledramo Gennero. | 120.50 |
| Ius oritur ex facto. | 25.61 | Marchio Finarij imperio subijcitur. | 2.105 |
| Ius in potentiores ad aduersarij detrimentum transferri nequit. | 64.75 | Marchionatus donationis titulo haberi potest. | 37.93 |
| Ius proprium, à domino sine iusta causa, auferri non potest. | 89.78 | Marchionatus titulus feudi censetur. | 10.97 |
| Ius nostrum, sine nostro pacto a nobis auferri non potest. | 57.75 | Marchiones de Carretto feudum ab Imperatore uero cognoscunt. | 28.6 |
| L | | | |
| Lex bene a Zenone, septem declarationibus illustratur. | 99.79 | Maximilianus Imperator quo tempore imperauerit. | 72.76 |
| | | Maximiliani sententia contra Genueses lata. | 5.68 |
| | | Metus illatus ob vnā causam, si actus sub diuersa forma sequatur, is non annullatur, immo nec meta gestus dicitur. | 52.66 |
| | | Metus ad actus subsequentes extenditur, cum eadem metus causa subsistat. | 32.99 |
| | | Metu gesta valent ipso iure, rescindi tamè possunt. | 7.68 |
| | | Metus iustus, quis. | 8.00. |

RERVM ET VERBORVM.

| | |
|---|---|
| Metus in specie, qualis illatus sit, pbari debet. 92.79. | Periculis vitæ, & amissionis bonorum subijcere, quis non tenetur. 28.99 |
| Mem gesta valent, rescindi tamen possunt ex Prætoris edicto. 28.16 | Persona concedentis Privilegium in eo non comprehenditur neq; ex eo ligatur. 74.45 |
| Metus probatur ex præcedentibus protestationibus. 42.34 | Persona loquentis in favorabili dispositione comprehenditur ex eaque ligatur. 75.45 |
| Metus non præsumitur intercessisse in contractum. 29.99 | Persona loquentis & concedentis in concessione comprehenditur ratione subiectæ materiæ. 76.45 |
| Metus eadem causa an subit, iudicis arbitrio relinquatur. 33.99 | Persona loquentis in concessione ex certa scientia facta includitur. 77.45 |
| Metu gesta iure non valent. 26.99 | Persona loquentis in dispositione comprehenditur, quando illa aliâ nihil operetur. 78.45 |
| Metus iustus, est armorum terror. 27.60 | Persona loquentis in generali sermone non comprehenditur. 20.33 |
| Metus minor Matrimonium, quàm cæteros actus inficit. 50.66 | Petens se restitui & reintegrari omni meliori modo, dicitur intentasse remedium capiti. reintegranda. 3.9.1.6.4. |
| Metus non præsumitur, sed probandus omnino est. 90. | Petitorium suspendi an possit post litem contestatâ, vt prius super possessorio causa cognoscatur. 10.60 |
| Metu gesta ex edicto prætoris, rescindi debent. 38.69 | Petitorij & possessorij causa coram imperatore, vel supremo alio Principe tractari debet. 32.17 |
| Mittitur in possessionem, qui in re potiora iura habet. 79.16 | Petitorium ante litem contestatam per actorem potest suspendi & petitorio agere. 35.33 |
| Montisferati Marchia & Finarij eandem habuerunt originem. 126.50 | Petitorium iudicium suspendi, & possessorium recuperanda proponi potest. 7.4 |
| N | Petitorij & possessorij causa simul tractanda est, cum apud Imperatorem, vel supremum alium iudicem causa disputatur. 6.59 |
| Negligentia illius adscribendum est, qui potuit via iudiciaria rem consequi, nec consequutus est. numero. 93. fol. 19 | Pollentia oppidum antiquissimum intra Liguria finibus. 83.45 |
| Nemo dat, quod non habet. 15.98 | Pontifex Maximus contra Imperatorem iudex est competentens. 138.51 |
| Notorium dicitur quod constat per confessionem. numero. 139.28 | Possesse non dicimus, quando maximo cum incommodo possimus. 28.62 |
| Notorium, quod esse dicatur. 86.17 | Possessio per sequestrum amittitur. 2.3 |
| Notorium dicitur, quod probatione indiget. 39.44 | Possessio, quando obliuione amissa dicitur. 82.76 |
| Notorius defectus proprietatis, possessionem inficit. 40.100 | Possessorie recuperanda agentis regulariter dominij exceptio obijci potest. 83.17 |
| Nullum quod est, impedimentum non præstat. 25.91 | Possessio iuste occupatur à domino rei, cum aliâ periculum est in mora. 16.60 |
| O | Possessio posita in sequestro a sequestriario possidetur. 11.55 |
| Odradus iureconsultus Legum pater & maximæ auctoritatis habetur. 99.48 | Possessio ex actu lite pendente facta, transferri non potest. 56.75 |
| Otho secundus Imperator quomodo Marchias Aledramo Saxonio donauerit. 98.20 | Possessio probatur ex perceptione pensionis. 123.24 |
| Othonis concessio Aledramo facta an feudalis, vel libera fuit. 1.96 | Possessionis continuatio, quomodo probetur. 124.25 |
| Othonis Privilegium Aledramo concessum, quæ contineret. 2.69 | Possessio vnus rei, retinetur ratione mixturæ alterius rei. 40.93 |
| Otho. 2. quid Aledramo concesserit. 26.72 | Possessorio quâdo agi potest suspensio petitorio. 34.33 |
| Othonis concessio Aledramo facta feudalitatis fuit. 12.97 | Possessionem metu amittenda sanitatis medico tradens ante omnia eam recuperat. 45.10 |
| Othonis Secundi concessio Aledramo facta donationis vim non feudi habuit. 128.10 | Possessionem non perdit vasallus si eam apprehendit dominus, & apud aliquem custodiæ causâ, donec lis finitur, deponit. 14.55 |
| Othonis concessio Aledramo facta vim donationis habuit. 35.93 | Possessorium ex cap. reintegranda. 3.9.1. quando motum & intentatum cognoscatur. 23.91 |
| P | Possessor factio sequestro possessionem perdit. 71.15 |
| Paulus de Cast. l. 2. C. de edicto Diui Hadri. tol. declaratur. 56.12 | Possessor an priuatur iure suo, cum iniuste se possidens ante omnia eam recuperat. 45.10 |
| Pauli Castrensis & Caroli Ruini reiecta opinio. 48.65 | Possessor non perdit vasallus si eam apprehendit dominus, & apud aliquem custodiæ causâ, donec lis finitur, deponit. 14.55 |
| Pauli Castrensis doctrina in l. 2. C. de edicto Diui Adriano tollendo declaratur. 21.61 | Possidens naturaliter sua sponte ciuilem potestatem ingreditur. 7.85 |
| Paulus Aemil. consul contra Ligures bellum gerit eos que Rom. Imper. subijcit. 12.39 | |

I N D E X

| | |
|---|--|
| Posteriora derogant prioribus. 102.21 | per ambages. 8. eod. |
| Potentior, quis intelligatur, ut in eum ius ad aduersarij detrimentum transferri non possit. 85.78 | Principes concedere potest auctoritatem ingrediendi possessionem sine iudicis licentia. 44.101 |
| Potestas & facultas vendendi, commutandi & alienandi, in feudi concessione quid operetur. 25.72 | Principes solum veritatem canis, & ambagibus reiectis sequi debet. 12.51 |
| Præscriptio cum suis qualitatibus allegari & probari debet. 6.89 | Principes est iudex competens in controversia Privilegiatorum à se concessorum. 27.61 |
| Præscriptio. 30. vel. 40. annorum ex Privilegio non tollitur, nisi addit clausula, non obstantibus & c. nume. 22.32 | Principes leges sibi potest imponere, a qua non poterit recedere. 137.51 |
| Præscriptio. 20. annorum reddit possessorem tutum. nume. 23.60 | Principes eum priuare potest sine citatione, quem cognoscit in re ius non habere. 41.101 |
| Præscriptio contra Rempub. 30. vel. 40. annis decurrit. 10.69 | Principes præsumitur uti plenitudine potestatis, vt actus valeat, & sustineatur. 12.90. |
| Præscriptio ex constitutione I. benè a Zenone. C. de quad. præscri. finitur, qui ab Imperatore causam habuit. 135.26 | Principes legem sibi imponere non potest à qua non liceat recedere. 19.91. |
| Præscriptio in feudis, non minor centenaria currit. 117.24 | Principes præsumitur uti plenitudine potestatis, cum actus ab eo gestus aliter non ualeat. 38.41 |
| Præscriptio sola centenaria contra Rempub. Genuensium currere potest. 9.31 | Principis assertioni credendum est, etiam contra tertium. 122.24. |
| Præscriptio non potest tolli ex privilegio nisi addit clausula non obstantibus & c. vel ex certa scientia, vel potestatis plenitudine. 134.26 | Principis assertio non potest interpretari ne absurdum contineant. 34.8. |
| Præscriptio temporis immemoralis directum Dominium in re feudali acquiritur potest. 88.46 | Principis assertio non potest interpretari ne absurdum contineant. 34.8. |
| Præscriptio contra Imperatorem feudi dominum, nulla esse potest. 114.23 | Principis assertio non potest interpretari ne absurdum contineant. 34.8. |
| Præscriptio etiam longissimi temporis in feudo non currit. 115.60 | Principis assertio non potest interpretari ne absurdum contineant. 34.8. |
| Præscribens spatio. 30. vel. 40. annorum, plena securitate defenditur. 55.102. | Principis assertio non potest interpretari ne absurdum contineant. 34.8. |
| Præscriptio centenaria necessaria an sit, ad tollendum iura imperij. 71.76 | Principis assertio non potest interpretari ne absurdum contineant. 34.8. |
| Præscriptio. 30. vel. 40. annorum, directum dominium acquiritur. 67.60. | Principis assertio non potest interpretari ne absurdum contineant. 34.8. |
| Præscriptio tolluntur iura imperij. 68.60. | Principis assertio non potest interpretari ne absurdum contineant. 34.8. |
| Præscriptio. 30. vel. 40. annorum, ex Principis rescripto & privilegio, quomodo & quando tollatur. 101.80. | Principis assertio non potest interpretari ne absurdum contineant. 34.8. |
| Præscriptio centenaria ex l. vt. C. de sacro. sanct. eccl. necessaria ad tollendum iura Reipub. quæ ius fisci & imperij habet. 102.60. | Principis assertio non potest interpretari ne absurdum contineant. 34.8. |
| Præscriptio quanti temporis currat contra Rempubl. 39.93. | Principis assertio non potest interpretari ne absurdum contineant. 34.8. |
| Præscribens iurisdictionem contra imperatorem non priuatiuè, sed cumlatiue dicitur præscribere. 14.31. | Principis assertio non potest interpretari ne absurdum contineant. 34.8. |
| Præscriptio temporis immemoralis requiritur cum de præscribendis regalibus agitur. 17.31. | Principis assertio non potest interpretari ne absurdum contineant. 34.8. |
| Præscribi an possit potestas suprema. 5.89. | Principis assertio non potest interpretari ne absurdum contineant. 34.8. |
| Præscriptio in feudibus locum an habeat. 75.77. | Principis assertio non potest interpretari ne absurdum contineant. 34.8. |
| Præscriptio tolluntur iura imperij. 68.60. | Principis assertio non potest interpretari ne absurdum contineant. 34.8. |
| Præscribens cognoscit, cum uasallis spoliatus fuit. 132.51. | Principis assertio non potest interpretari ne absurdum contineant. 34.8. |
| Præsumitur ex statu præsentis in preteritum. 13.97. | Principis assertio non potest interpretari ne absurdum contineant. 34.8. |
| Præsumptio transfert probandi onus in aduersarium. 85.46. | Principis assertio non potest interpretari ne absurdum contineant. 34.8. |
| Principes supremi non coguntur iudicare secundum acta & probata. 7.55. | Principis assertio non potest interpretari ne absurdum contineant. 34.8. |
| Principes in terminandis controversijs non debent ire | Principis assertio non potest interpretari ne absurdum contineant. 34.8. |

quale priuilegium fuerit concessum. 43.101.
 Priuilegiorum concessio subiectionem arguit, cum
 subiectis tantum soleant concedi. 14.5.
 Priuilegium perdit, qui bona concedentis per vim oc-
 cupat. 65.103.
 Priuilegium concessum praescriptionem non currere
 nisi centenaria fit, quae continere debeat vt ualeat.
 63.103.
 Priuilegiorum concessio, subiectionem praecessisse ar-
 guit. 47.101.
 Priuilegium Genuae, ut conquerente de Ciuitate Ge-
 nuensium adeat ordinarium. 8.31.
 Priuilegium concessum ob benemerita tolli & reuoca-
 ri non potest. 37.100.
 Priuilegium concessum ne superiorem quis recogno-
 scat, reuocari potest, cum is iustitiam non admini-
 strat. 13.90.
 Priuilegium debet reuocari, cum quis ex eo laeditur
 grauitur. 17.90.
 Priuilegiorum reuocatio non praesumitur. 135.51.
 Priuilegiorum interpretatio spectat concedenti. 15.31.
 Priuilegiorum concessio subiectionem arguit. 16.39.
 Probatio nulla admittitur contra propriam confessio-
 nem. 141.28.
 Probatio, quae nil releuat, non admittitur. 142.eod.
 Probationes exactas, non requiruntur in iudicio pos-
 sessorio recuperanda. 144.29.
 Probanda quae sunt in remedio canonis Reintegranda
 24.32.
 Probationes non recipiuntur contra propriam confes-
 sionem. 41.34.
 Probatio efficacior requiritur, cum praesumptio, & ve-
 rumisimilitudo pugnat. 86.78.
 Probare is debet se talem qualem se facit. 127.50.
 Procuratoris confessio quomodo domino noceat.
 num. 9. fog. 85.
 Producta in actis, vt fidem faciant, copia debet esse fa-
 cta parti, cum termino ad opponendum. 10.eod.
 Productio iurium, & priuilegiorum minus integrè fa-
 cta non prodest. 32.6.
 Protestatio metus clandestina, actum deinde subsecum-
 tum non annullat, cum is contra bonos mores non
 est. 51.66.
 Protestatio ob metum facta, facit, ut actus, qui sequi-
 tur, sit ipso iure nullus. 27.92.
 Protestatio praecedens de metu, facit, ut actus deinde
 subsequens sit ipso iure nullus, sed contra infra.
 46.65.
 Protestatio contraria factio, nihil operatur. 6.105.
 Provincia illa praesumitur, quae intra centum millia
 ria ab ea distant sita sunt. 6.87.

Q

Qualitas iurisdictionis fundatiua, quando summarie,
 & quando plenarie tractanda sit. 94.47.
 Qualitas iurisdictionis fundatiua ante omnia diffinitio-
 nis est. 92.eod.
 Qualitas, ubi non conuenit thinus dispositio,
 num. 26. fog. 16.

R

Ratificatio actus nomine nostro gestis, sequi debet, vt
 is actus nobis profit. 58.75.
 Ratificatio circa inco gnita nihil operatur. 59.eod.
 Ratificatio, non trahitur ad incogitata. 60.eod.
 Ratificatio ex silentio non inducitur. 34.93.
 Ratificatio sequi debet, ut actus ratificanti possit vel
 prodesse, uel nocere. 33.93.
 Ratificatio eadem solemnitate postulat, quam actus
 ipse principalis. 62.75.
 Recuperare incontinenti quomodo intelligatur.
 8.85.
 Regula, quod actus de facili ad suam naturam reuerit-
 tur, declaratur. 79.77.
 Reintegranda remedio restituitur per uim compulsi-
 uam spoliatus. 14.107.
 Reintegranda remedium possessorium datur contra
 occupantem irrationabiliter etiam sine uolentia.
 49.11.
 Reintegranda remedium ex cap. reintegranda. 3. q. 1.
 ceteris pinguis ad possessionem consequendam.
 1.54.
 Reintegranda iudicium, quae exigat extrema.
 12.106.
 Remedium ex cap. reintegranda, in laicis, vt clericis
 conceditur, contra infra num. 31.
 Remedium cap. reintegranda. 3. q. 1. conceditur etiam
 contra possessorem cum titulo & bonafide, sed con-
 tra infra num. 19.
 Remedio cap. reintegranda. 3. q. 1. vt fit locus, duo con-
 currere debent. 10.55.
 Remedium reintegranda non datur contra possessore
 cum titulo & bonafide. 19.16.
 Remedium canonis reintegranda. 3. q. 1. plenissimum
 & pinguis r. remedium, quouis possessorio recupe-
 randa. 43.
 Remedium cap. reintegranda. 3. q. 1. datur contra possi-
 dentem cum titulo & bonafide. 5.eod.
 Remedium ex ca. reintegranda. 3. q. 1. pro rebus eccle-
 siae tantum concedi. 31.16.
 Remedium possessorium datur spoliato, vt rei occupa-
 ta possessionem consequatur. 72.15.
 Remedium ca. reintegranda. 3. q. 1. ita laicis pro rebus
 prophanis, vt clericis pro rebus ecclesiae concedi-
 tur. 8.4.
 Remedio cap. reintegranda. 3. q. 1. succurrit illi, qui
 per negligentiam possessionem amisit. 70.15.
 Remedio reintegranda agens deducere debet con-
 uentui possessionem respectu suae clandestinam esse.
 25.16.
 Res. liberae iura habent fisci & imperii. 62.44.
 Res pub. libera dici potest, etiam si imperator superior
 sit. 9.90.
 Res. & minor pari ambulant passu. 100.80.
 Reseruata in signum supremae potestatis uerbis uniuersis
 salibus possunt transferri. 70.44.
 Reseruata in signum supremae potestatis praescribi qua
 do possunt. 71.44.
 Reseruatio quid operetur & cuius uaturae sit. 57.43.
 Res

I N D E X.

Res transit cum onere suo. 31.40.
 Res possessa, propria, non aliena praesumitur. 27.72.
 Res vna diuerso iure conferi non debet. 28.eod.
 Res libera, vt feudalis, a superiore recognosci potest.
 24.99.
 Rex Catholicus Hispaniarum, Imperatorem non reco-
 gnoscat. 102.48.
 Rex Chirilinnissimus Galliarum, Imperatorem non
 recognoscat. 103.eod.
 Rex de facili ad pristinam naturam reuertitur. 2.68.
 Rotharis Longobardus Rex Genuae potitur, eam diri-
 pit atque euertit. 13.39.
 Rui. consil. 42. lib. 4. declarat. 95.19.

S

Saenae Ciuitas Genuensis supposita. 45.41.
 Scauola iure consultus, in arduis subsistere consueuit.
 1.38.
 Sententia iustum praestat titulum praescribendi, num.
 118.16. 24.
 Sequestro, an sua possessione priuetur possessor.
 25.32.
 Sequens uoluntarium, possessorem sua possessio-
 ne non priuat. 12.55.
 Sermo uniuersalis in uno falsus in omnibus falsus dici-
 tur. 101.48.
 Solemnitas processus non exigitur, cum spoliium non
 torum deducitur. 5.54.
 Speculatoris, & Signoroli opinio explosa. 83.78.
 Spoliare dicitur, qui spoliium factum ratum habet.
 34.41.
 Spoliator uiolentis ex dispositione. I. si quis in tatum.
 C. unde vi, non ipso iure, sed per sententiam, suo iu-
 re priuatur. 116.82.
 Spoliator, vt incidat in poenam. I. si quis in tantam, C.
 unde ui, debet esse in dolo. 117.eod.
 Spoliato quado ex interuallo liceat sua manu amissam
 possessionem recuperare. 80.16.
 Spoliare licet aliquem castro forti, quando aliter non
 est succursum uia iudicialia. 62.15.
 Spoliato restituenda sunt omnia. 67.103.
 Spoliator uiolentis, iure suo priuatur. 12.69.
 Spoliatum ui compulsua agenti, domini exceptione
 obici an possit. 41.9.
 Spolij causa a iudice ordinario cognoscitur. 21.39.
 Spoliatus, recuperanda agens, quae probare teneatur.
 143.28.
 Spoliatus restitui debet, etiam ad fructus damna, ex-
 pensas & similia. 145.29.
 Spoliatus consentiens agi petitorio, non restituitur an-
 te omnia. 29.33.
 Spoliatus sortilitio, vt castro, vel oppido munito &
 forti an restituitur ante omnia. 30.eod.
 Spoliato exceptio notorii obici an possit. 31.eod.
 Spoliatus ante omnia restitui debet. 33.eod.
 Spoliatus castro ab occupatore expensas in castri refe-
 ctione erogatas restituere tenetur. 43.34.
 Spoliatus castro uel oppido munito & forti, an sit an-
 te omnia restituendus. 52.11.

Spoliatus ante omnia non restituitur, cum passus est illi
 tem super dominio tractari. 7.59.
 Spoliatus iudicis autoritate ante omnia restituatur.
 3.eod.
 Spoliatus autoritate Principis, ante omnia restitu-
 tur. 4.eod.
 Spoliatus per uim compulsiuam ante omnia non resti-
 tuitur. 36.63.
 Spoliatus ante omnia restituendus est. 1.59.
 Spoliatus castro non restituitur ante omnia, si subititi-
 mor, ne non sine magna cum impensa dominium
 proprium assequi possit spoliator, qui deinde in pe-
 titorio obtinuit. 30.62.
 Spoliatus ante omnia restituatur, etiam si spoliatus se
 offerat incontinenti, domini exceptionem probaturam.
 5.59.
 Spoliatus castro forti & munito restituatur ante omnia
 cum ambo spoliator scilicet & spoliatus sub eodem
 Principe sunt. 59.13.
 Spoliatus castro forti restituatur ante omnia, cum pra-
 stat cautionem de restituendo illi si in petitorio suc-
 cumbat. 60.eod.
 Spoliatus feudo non a feudi domino tanquam iudice,
 sed ab ordinario conuenti spoliatoris restituendus
 est Iacobinus de San. Georgio in inuestitura feud.
 in verbo & dicti uassali col. 4. vers. in hac materia sic
 potest concludere. 97.47.
 Spoliatus contra spoliatorem, qui non possidet nunc
 agere potest ad affirmationem possessionis, & ad da-
 mna & expensas. 26.32.
 Spoliatus ante omnia ex remedio c. reintegranda. 3. q.
 1. non restituitur, cum suo facto & culpa fuit spolia-
 tus. 16.55.
 Spoliatus non impeditur restitui per criminis obie-
 ctionem. 21.107.
 Spoliatus proprio facto is non dicitur, qui metu adhi-
 bito spoliatus fuit. 15.107.
 Spoliatus restituatur ad damna & expensas. 75.15.
 Spoliatus an ante omnia restituatur, cum notorie con-
 stat de dominio spoliatoris. 74.eod.
 Spoliatus protestari ac appellare debet aduersus oppo-
 sitam domini exceptionem per spoliatorem, ne su-
 per illa cognoscatur ante restitutam possessionem.
 9.60.
 Spoliatus non restituatur ob anime periculum. num.
 78.16.
 Spoliatus castro munitissimo ante omnia non restitui-
 tur. 19.61.
 Spoliatus castro munitissimo, an sit ante omnia resti-
 tuendus, si idonee fidei iuratur, sed illud restitutum,
 si in petitorio succumbat. 31.62.
 Spoliatus quouis modo ante omnia restituendus est.
 31.10.
 Spoliatus restituatur etiam contra possessorem, qui nul-
 lam uim adhibuit. 69.14.
 Spoliatus castro, an occupatori expensas in castri refe-
 ctione erogatas restituere tenetur. 43.34.
 Spoliatus castro munitissimo, si offerat cautionem se il-
 lud restitutum si in iudicio petitorio succumbet,
 an ante omnia sit restituendus. 17.107.
 Spoliatus sua causa & factio quomodo restituatur. nu-
 nu-

RERVM ET VERBORVM.

| | | |
|--|--|--------|
| numero 64. fog. 14. | superiori admonendus, vt à Tyrannide desistat. | 15.60. |
| Spoliator Principis authoritate in possessione occupata confirmari non potest. | Tyrannus spoliatus ante omnia non restituitur. | 13.60. |
| Spolium notorium, vbi proponitur, solennis processus non est necessarius. | Tyrannus quomodo restituitur. | 5.14. |
| Stilus pro lege obseruatur. | | |
| Subiectus dicitur, qui pati iudicium cogitur. | | |
| Subreptio & obreptio in rescriptis non presumitur. | | |
| Subreptio & obreptio, ab allegante probanda est. | | |
| Successor vitur iure sui prædecessoris. | | |
| Succedens in ius alterius, iure illius tantum utitur. | | |
| Superior ubi est suspectus suspecti sunt & illius officiales. | | |
| Suspectus ubi est superior, sic & eius officiales. | | |
| Suspectus in cognoscendo non est suspectus in delegando. | | |
| V | | |
| Vassalus alienando feudum, directum dominium non tollit. | | |
| Vassalus in ueluturam intra annum & mensem non potest, feudum perdit. | | |
| Vassalus feudo priuari potest sine citatione, & ordinis iudicis cum de notorio illius delicto constat. | | |
| Vassalus etiam cum clausula saluo iure domini, in potentiorum feudum non potest alienare. | | |
| Vassalus Ligius duorum quis esse non potest. | | |
| Vassalus ligius habet non modò res sed & bona domus no subiecta. | | |
| Vassalus, qui notoriè malè tractat subditos feudo abque alia admonitione priuari poterit. | | |
| Vassalus male tractans subditos feudo priuandus est. | | |
| Venetorum respublica & dominium superiorem non recognoscit nec de iure, nec de facto. | | |
| Venetiarum ciuitas communis patria dicitur. | | |
| Verbum inueltire, & disueltire, cuius significatio & effectus. | | |
| Verba sophistice intelligi non debent. | | |
| Verba enuntiatua Principis probant. | | |
| Verba enuntiatua Imperatoris alteriusuè Principis probant, quando sumus in antiquis non in recenti facto. | | |
| Verba enuntiatua Principum probant, cum sunt de negotio plene informato, non semper. | | |
| Verba enuntiatua Principis non probant, quando præiudicarentur iuri alteri iam quesito. | | |
| Verba, donamus atque elargimur, non feudum, sed liberam donationem constitui ostendunt. | | |
| Verba enuntiatua principis probant. | | |
| Verisimile, quòd nò est speciem falsitatis habet. | | |
| Vim non committi, qui incontinenti possessionem propriam recuperat. | | |
| Violentia nò presumitur, sed probari omnino debet. | | |
| Vis expulsiua, quomodo in spoliatione dicatur interuenisse. | | |
| Vniuersitas quando delinquere dicitur. | | |
| Vniuersitas quando delinquere dicitur. | | |
| Voluntas coacta non est propriè voluntas. | | |
| Voluntas coacta, voluntas est. | | |
| Vsfructuario & domino conceditur vnà simul remedium. I. si quis in tantum. C. vnde ui contra uiolentum possessionis occupatorem. | | |

F I N I S.

I N D E X

| | |
|--|--|
| ERRATA RESPONSORVM, | 35. 12. suspendit, suspendi. |
| quorum prior numerus summarit est posterior lineam significat. | 39. 3. spoliat, spoliati |
| Ex Primo Responso. | Ex secundo responso, in primo articulo. |
| | in fin. Epistolæ ibi cum plures sint usque ad initium. |
| | Responso ibi, utrum & c. abundant verba illa. |
| | 61. 2. instrumentum, instrumentorum |
| | 85. 8. ibi constare, adde Finarium. |
| | eod. 17. continetur, abundat illa dictio. |
| | 88. 20. tunc, abundat |
| | 104. vit. quam iure, quod |
| | 105. 1. Ducato, Ducatu |
| | 106. 6. loquitur loqui |
| | 114. 30. veras esse, veram esse |
| | 115. 1. hic sic. |
| | 116. 13. is ijs. |
| | 152. 14. ha hac. |
| | eo. 15. hac ne. |
| | Ex secundo articulo secundi responso. |
| | 28. 17. vignerunt, viguerunt. |
| | eo. 34. Rubel consil. est. in consil. 13. |
| | 29. 7. admississet, adiuisset. |
| | Ex tertio articulo secundi responso. |
| | 7. 4. concessu, consensu. |
| | 16. 2. ob non, adde, ob id |
| | 38. 10. heitem u heitemus |
| | Ex quarto articulo secundi responso. |
| | 60. 1. num. 12. adde, lib. 1. |
| | 66. 16. ab annum, ad annum. |
| | 75. 22. secunda, secundo |
| | 110. 6. si est, sic est. |
| | in fi. fo. 88. colum. 1. lin. 7. perpensum perpensurum |
| | eo. 16. illa illum. |
| | Ex tertio responso. |
| | In præfatione dum legitur dicas responsum tertium |
| | 3. 3. & in uerbo, & in titulo |
| | 22. 38. prædictæ, prædictis |
| | 27. 9. castro, castrensis |
| | 28. 13. nutat, mutat |
| | 37. 3. Galicula, galiacula |
| | eod. 8. in consil. in cap. |
| | Ex quarto responso. |
| | 44. 10. eosdem eisdem. |

F I N I S.

